MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA


INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EPISTOLARVM TOMI VI PARTIS ALTERIVS FASCICVLVS II
KAROLINI AEVI IV.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXXV



VI.

HADRIANI II. PAPAE EPISTOLAE.

Hadrianus II. a Gregorio IV. papa (827—844) subdiaconii sortitus est ministerium, deinde ad regendum titulum sancti Marci presbiter ordinatus, *postea* sicut post mortem quarti pape Leonis *(847—855)*, ita post obitum tertii Benedicti pontificis *(855—858)* subire summum pontificium, nisi ipse diversis argumentis et exquisitis excusationibus verecunde subterfugeret, *coactus esset*[1]. *Re vera autem cum iam senex Nicolao I. (858—867) succederet, aliorum consilia secutus multo infirmior claro decessore suo et animi fortitudine et constantia voluntatis apparuit, ita ut pontificatus eius (867—872) ab illius gravitate multum distaret. Quae differentia indolis non solum rebus gestis, sed etiam epistolis utriusque exprimitur, quamquam magna ex parte ab eodem dictatore Anastasio bibliothecario esse compositae videntur*[2].

Quibus in litteris in initio pontificatus Hadriani II. de eisdem fere rebus agitur atque in epistolis Nicolai I.: scilicet de causis Lotharii II. regis, Wulfadi Bituricensis archiepiscopi, Photii et Ignatii patriarcharum; ad quas postea accedunt causae Actardi Namnetensis et Hincmari Laudunensis episcoporum neque minus funestissima usque hodie quaestio hereditatis vel possessionis Lotharingiae, cuius regni occupationem iura legitimi heredis Ludovici II. imperatoris defendens Hadrianus frustra prohibere conatus est[3]. *Ex hac materia epistolarum — sicut in Nicolai I. epistolis — dispositio praebetur, quae cum traditione earum in codicibus plane consonat. Nam omnes epistolae huius papae 'ad res orientales pertinentes' (n. 37—42) intra concilium octavum generale asservantur, in aliis codicibus ceteras omnes fere habes, quas sub titulo epistolarum 'de rebus Franciae' congerere licuit (n. 1—36). Duabus his collectionibus duae tantum epistolae spuriae vel dubiae (nn. 43. 44) addendae sunt sive postponendae.*

Cum seriem chronologicam intra utramque partem tantum, prout potui, non in toto observaverim, huic quoque editioni concordantias duas numerorum, qui in secunda editione Jaffeana Regestorum[4] *Romanorum pontificum, quam P. Ewald in hac parte curavit, et in hoc opere leguntur, praemittam.*

---

1) *Cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 173.* 2) *Cf. A. Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario sedis apostolicae' (Parisiis 1885) p. 208sqq.; E. Perels, 'Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius' (Berlin 1920) p. 231sqq. 303sq.* 3) *Cf. quae de ista re postea Iohannes VIII. papa Karolo Calvo regi scripsit, MG. Epist. VII, 277 (J.-E. Reg. n. 2961): — —* nos auxiliante Domino, que fatus dominus et decessor noster sanctę memorie Adrianus papa cepit nec tamen propter continuas infirmitates suas perfecit, totis consummare viribus satagemus — —. 4) *Jaffé, Regesta pontificum Romanorum I², 368—375 (n. 2889*—†2953); II², 745 (n. 2946a). Cf. etiam II², 703sq.*

Numeri Jaffeani	Numeri nostri	Numeri Jaffeani	Numeri nostri	Numeri Jaffeani	Numeri nostri
2889*	cf. p. 747 ann. 2	2911	14	2933*	cf. p. 759 ann. 7
2890*	cf. p. 701 ann. 2	2912	cf. p. 750 ann. 1	2934*	cf. p. 759 sq. ann. 7
2891*	cf. p. 696 ann. 1	2913	39	2935	28
2892	1	2914	40	2936	29
2893	2	2915*	cf. p. 760 ann. 2	2937*	cf. p. 723 ann. 1
2894	3	2916*	cf. p. 717 ann. 2 p. 759 ann. 7	2938	30
2895	6	2917	16	2939*	cf. p. 715 ann. 2 p. 723 ann. 1
2896*	cf. p. 702 sq. ann. 3	2918	17	2940	31
2897	4	2919	18	2941	32
2898	5	2920*	cf. p. 720 ann. 2	2942	33
2899*	cf. p. 702 ann. 1	2921	19	2943	41
2900*	cf. p. 702 ann. 1	2922*	cf. p. 722 sq. ann. 3	2944	42
2901*	cf. p. 696 ann. 1 p. 702 ann. 1	2923*	cf. p. 722 sq. ann. 3	2945	34
2902	7	2924	43	2946	35
2903	8	2925*	cf. p. 760 ann. 2	†2947	—
2904	9	2926	21	2948	cf. p. 694
2905	10	2927	22	2949	—
2906	12	2928	23	†2950	44
2907	13	2929	24	2951	36
2908	37	2930	25	2952	—
2909	38	2931	26	†2953	—
2910	15	2932	27	2946*a* (II, 745, in supplemento Regestorum)	cf. p. 697 ann. 1

Numeri nostri	Numeri Jaffeani	Numeri nostri	Numeri Jaffeani	Numeri nostri	Numeri Jaffeani	Numeri nostri	Numeri Jaffeani
1	2892	12	2906	23	2928	34	2945
2	2893	13	2907	24	2929	35	2946
3	2894	14	2911	25	2930	36	2951
4	2897	15	2910	26	2931	37	2908
5	2898	16	2917	27	2932	38	2909
6	2895	17	2918	28	2935	39	2913
7	2902	18	2919	29	2936	40	2914
8	2903	19	2921	30	2938	41	2943
9	2904	20	—	31	2940	42	2944
10	2905	21	2926	32	2941	43	2924
11	—	22	2927	33	2942	44	†2950

Iam aggredior ad codices enumerandos, in quibus epistolae Hadriani II., quae supersunt, extant. E quibus nonnullos antea ad editionem Nicolai I. epistolarum parandam adhibui: de his in annalium nostrorum tomo XXXVII sub titulo 'Die Briefe Papst Nikolaus' I.' disserui[1]. *Ad textum sequentis editionis constituendum usui erant codices:*

1) Parisiensis lat. 1557 (Colb. 1864) s. X. in. Cf. supra p. 261; 'Neues Archiv' XXXVII, 566 sqq. Insunt Hadriani II. epistolae nn. 3. 8. 7. 10. 12. 36. 34 (fragm.). 35. 21. 22. 24. 31. 32. 33. 25. 26. 1. 9. 16. 19. 17. 14. 15. 4. 28. 5. 6 in foliis 79—93'. Ipse codicem contuli.

1) *Cf. etiam W. Gundlach, 'Briefe von 841—911' in 'Neues Archiv' XII, 476 sqq.; F. Schneider, 'Reise nach Italien' in 'Neues Archiv' XXVIII, 711 sqq.*

2) Remensis 672 (G 166) s. XII. ex. Cf. 'Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France, Départements' XXXIX, 12 sqq. Continet epistolas nn. 3. 8. 7. 10. 12. 36. 34. 35. 21. 22. 24. 31. 33. 14. 15. 4. 28. 5. 6 et affinis est praecedenti. Ipse contuli.

3) Vatican. Regin. lat. 566 s. X. Cf. supra p. 261 sq.; 'Neues Archiv' XXXVII, 564. Epistolae in hoc codice extantes nn. 13. 2 (fragm.) post A. V. Müller et O. Holder-Egger b. m. a me collatae vel descriptae sunt; auxilium praestitit G. Mercati, v. infra p. 697.

4) Laudunensis 407 (quondam S. Mariae Laudunensis) s. IX. Cf. supra p. 262; 'Neues Archiv' XXXVII, 557 sqq. Continet epp. nn. 3. 8. 7. 10. 18. 17. 22. 23, quas contulit A. V. Müller.

5) Treverensis 1081 (LXXI) s. XII.—XIII. Cf. supra p. 241. 262; 'Neues Archiv' XXXVII, 562 sq. Insunt epp. nn. 25. 26. Contulit F. Schneider.

6) Parisiensis lat. 1594 (olim Petavian., postea Bigotian.) s. IX. Cf. Hampe, 'Neues Archiv' XXIII, 626; Werminghoff, 'Neues Archiv' XXVI, 644 sq. Continet synodum Duziacensem a. 871 habitam, intra quam ter ep. n. 29, semel ep. n. 30 laudatur. M. Krammer et ego contulimus.

7) Treverensis 927 (1882) s. X. Cf. 'Beschreibendes Verzeichnis der Handschriften der Stadtbibliothek zu Trier' IX, 45 (1919). Epistolam, quae inest, n. 11 contulit G. Kentenich.

8) Salisburg. S. Petri a. IX. 32 s. X.—XI. Cf. Phillips, 'Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissenschaften, Phil.-Hist. Klasse' XLIV, 437 sqq. (1863); supra p. 264 et 'Neues Archiv' XXXVII, 580. Exhibet eandem epistolam; quam contulit W. Hauthaler b. m.

9) Monasteriensis msc. 5201 (olim Corbeiensis, tum Patherbrunnensis) s. X., de quo cf. supra p. 264 et 'Neues Archiv' XXXVII, 579, continet tantummodo inscriptionem eiusdem epistolae n. 11, ut nobiscum communicavit M. Meyer, qui eam descripsit.

Ex codice Paris. lat. 1557 exscriptus videtur esse cod. Vallicell. J. 49 s. XV.—XVII., cui eaedem 27 epistolae insunt quae illi. Cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 574. Quem praetermisimus; alterum codicem forsitan eidem classi attribuendum Viridunensem, in quo Sirmondus (Concilia Galliae III, 397; cf. etiam Dümmler in 'Sitzungsberichte der Königlich Preußischen Akademie der Wissenschaften, Phil.-Hist. Klasse' 1899 p. 755 ann. 3) ep. n. 34 se legisse dicit, investigare nequivi. Latet etiam codex Turonensis, ex quo Martène et Morice ep. n. 12 ediderunt; cf. infra p. 713 l. 4 sqq. et 'Neues Archiv' XXXVII, 581 sq.

Codices octavae synodi generalis, in editione constituenda a me adhibiti, sunt:

10) Vatic. lat. 4965 (olim capituli Veronensis) s. X. in.

11) Vatic. lat. 5749 (olim S. Columbani de Bobio) s. X.

12) Vatic. lat. 7304 s. XV.

13) Vatic. Reg. lat. 1033 s. XV.

Hi quattuor continent Hadriani epistolas nn. 40 (concilii octavi actio I), 39 (actio III), 37 (actio VII), 38 (actio VII), 41 (actio X), praeter cod. Vatic. Reg. lat. 1033, cui ultima deest. Codices priores duos F. Schneider, tertium et quartum ego contulimus. — Eis, quae iam in 'Neues Archiv' XXXVII, 542 sqq. (v. etiam XXXIX, 52 ann. 1; supra p. 263) de codicibus synodi octavae disserui, addenda sunt haec (quae fusius in annalibus nostris explicare propositum habeo): a codice Vatic. lat. 4965 correcto dependet cod. Vatic. lat. 5749, incorrecto illi plus minusve affines sunt codd. Vatic. lat. 7304 et Vatic. Reg. lat. 1033, ita ut tres versiones distingui possint. Ex aliis permultis recentioribus codicibus, in quibus octavam synodum traditam cognovi, classi codicum Vatic. lat. 4965 — Vatic. lat. 5749 adscribo: Vatic. lat. 1332 s. XV. ex. — XVI in., 1333 s. XVI. in., 1334 s. XVI., 4169, 4900, 5593, 6813 — hi quattuor s. XVII. —, Ottobon. lat. 767, 769, 952/953, Venet. Marc. lat. IV, 21 s. XVI. At cum Vatic. lat. 7304 Venet. Marc. lat. Z. 164 s. XV., cum Vatic. Reg. lat. 1033 Venet. Marc. lat. III, 40 s. XV. arte cohaerere videntur. Unde autem hausta sit versio codicis Escor. lat. ç. II. 11 (cf. Antolín, Catálogo de los códices Latinos de la real biblioteca del Escorial I, 244 sq.), dicere nequeo.

Textum epistolae vel potius fragmenti n. 42 graece tantum antiquitus traditum edidi e codice 14) Monac. graec. 436 s. XV.—XVI., quem contulit A. Hartmann. Neglexi codd. Venet. Marc. graec. 167, Vatic. Ottob. graec. 27, Vatic. graec. 1183. Cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 581 et supra p. 265.

Ex Hadriani II. epistolis perpauca in collectiones canonum transsumpta videntur esse. Tria fragmenta exhibet cod. Mus. Brit. add. 8873 Londiniensis s. XII., cui inest collectio quae vocatur 'Britannica', in fol. 176'—177, Var. II, 11—13 (cf. P. Ewald, 'Neues Archiv' V, 584): Var. II, 11: [Adrian]us papa sinodo [apud Tr]ecas. Si sedis apostolice — prodantur *(infra ep. n. 3 p. 700 l. 20 sqq.); Var. II, 12:* [Adri]anus papa episcopis, qui apud [Suessi]onem convenerunt. Decernimus — potiorem *(infra ep. n. 8 p. 708 l. 6 sqq.); Var. II, 13:* Adrianus Carolo reg[i]. Quamdiu enim — sessoris *(infra ep. n. 7 p. 704 l. 28 sqq.).* Item. De his, qui — liceat *(infra ep. n. 7 p. 705 l. 12 sq.). Integro epistolarum textu in optimis et vetustissimis codicibus conservato hanc versionem, quam examinavi, omittere licuit. — Codicem E. Bishop b. m. descripsit, K. Hampe contulit.*

Editiones principes atque praecipuas, sicut solemus, singulis epistolarum textibus enumerando praemisi. Inter quas primum locum obtinent Editio Romana quae dicitur (Epistolarum decretalium summorum pontificum tomus tertius, Romae 1591), necnon cardinalis Baronii Annales ecclesiastici. In duobus his operibus iam omnes fere epistolae Hadriani II., quae supersunt, inveniuntur: nempe in illa de rebus orientalibus quinque, quae octavae synodo insertae sunt, apud Baronium autem pleraeque ad res Franciae pertinentes extant. Ex his praecipue posteriores editores haurientes aut nullas aut perpaucas epistolas ignotas addiderunt: binae extant apud Sirmondum (nn. 18. 23), apud Labbeum (nn. 2. 13), apud Cellotium et Delalandium (nn. 29. 30), quae in codicibus Laudunensi 407, Vatic. Reg. lat. 566, Paris. lat. 1594 habentur; Baronius codice classis Paris. lat. 1557 et Treverensi usus erat. At alii editores Severinus Binius, Editio regia Parisiensis (1644), Bouquet, Mansi, Migne nihil novi attulerunt. De editionibus quoque prioribus plura in annalibus nostris me demonstraturum spero.

In hanc editionem quadraginta quattuor epistolarum numerum amplectentem duas antea nondum inter Hadriani II. epistolas editas recepi: nn. 11 et 20; epistolam autem n. 3 completiorem prioribus edidi. Econtra ex hoc opere — secundum rationem et consuetudinem societatis nostrae — privilegia et genuina et spuria ecclesiis monasteriisve concessa seclusi, excepto quod pallii concessionem pro Actardo episcopo datam collectioni inserui (infra n. 9), cum tam tenore quam codicis traditione cum aliis de causa eiusdem praesulis litteris compositis cohaereat. Removi etiam decretum quoddam a Baluzio, Miscell. ed. Mansi (1761) I, 402 = Migne, Patr. lat. CXXII, 1318 (J.-E. Reg. n. 2948) editum, assentiens Feodoro Schneider, qui illud secundum formam suam Hadriano IV. papae (1154—1159) certo attribuendum censebat. Epistolas deperditas, quarum ad nos notitia pervenit, non numeravi, sed in annotationibus commemoravi.

Restat iucundum officium grates agendi omnibus, qui in hoc labore praeparando vel perficiendo adiutores mihi fuerunt: praefectis bibliothecarum Germaniae, Italiae, Galliae, qui codicum inquirendorum vel conferendorum causa me ipsum aut socios amicabiliter receperunt sive codicibus Berolinum missis huius editionis opus liberabiliter sublevaverunt. Grato animo singulorum virorum clarissimorum doctorumque reminiscor, quorum sine auxilio labor meus infructuosus mansisset: H. Bresslau, A. Hartmann, W. Hauthaler b. m., A. Hofmeister, O. Holder-Egger b. m., P. Kehr, G. Kentenich, M. Krammer, G. Leidinger, W. Levison, G. Mercati, M. Meyer, A. V. Müller, H. Omont, K. Schellhaß, F. Schneider, E. Seckel, K. Strecker. Ante omnes vero memini Michaelis Tangl, de Epistolarum serie optime meriti, qui mihi pretiosissimum consilium saepe praebuit cuiusque praematuram mortem doleo atque lugeo.

Berolini mense Ianuario 1923.

Ernestus Perels.

I.

HADRIANI II. PAPAE EPISTOLAE DE REBUS FRANCIAE.

1.

Hadrianus II. papa Lotharium II. regem adhortatur, ut Theutbergam, quam Romae solutionem connubii postulantem redire se iussisse dicit, coniugem digno honore recipiat vel sub regali tuitione promissis abbatiis sustentet, donec causa eorum synodali sententia finiatur. *867 ex. — 868 in.*

867 ex. — 868 in.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 88'—89 (B). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 867 n. 154—156; Sirmond, Conc. Gall. III, 371; Bouquet VII, 439; Mansi, Conc. coll. XV, 833; Migne, Patr. lat. CXXII, 1259. — Cf. J.-E. Reg. n. 2892 (2189).

Quia[1] beato Petro apostolorum principi Dominus noster oves suas, totam videlicet ecclesiam precioso iam sanguine suo redemptam, post passionis vincula, post clavorum vulnera et crucis ludibria atque resurrectionis gloriam tertio commendavit dicens: 'Pasce oves meas', 'pasce agnos meos', nos vice[a] utique apostolatus illius Domino in omnibus cooperante fungentes in virga aequitatis et iustitiae, in longanimitate benignae humilitatis et patientiae gregem Domini pabulo spiritalis vitae pascendum et cura solerti custodiendum divina suscepimus voluntate. Os[b] nostri apostolatus, septiformis spiritus gratia plenum[c], pro regni tui stabilitate felicitateque[d] perpetua, sempiterna nempe verae animae salute, qua nunc et in eternum beate[e] securiterque fruaris, o inclite rex Hlothari[f], vicibus indefessis aperientes excellentiam tuam paterno monemus affectu et iure apostolico exhortamur, quatenus malorum hominum consiliis relictis et mortiferis persuasionibus omnimodo spretis aurem[2] cordis tui caelesti sane[g] clavigero beato Petro in nobis loquenti aperires[h] omnique animositate et inclita mundi dilectione procul abiecta ea, quae iustitiae ac rectitudini maxime[i] congruunt, praedicantes toto desiderio audires evidentique perficias[k] devotus effectu, quia non auditores, sed factores legis Dei[l] fore iustos adprobat. Unde sedis apostolicae salubrem admonitionem et correctionem venerabili sinceraque mente suscipere stude.

Ioh. 21, 17. 16.

cf. Rom. 2, 13.

Duo igitur a te carnis devicto inlecebra[m] dudum commissa videntur illicita[n], quae[n] ab antecessore nostro piae memoriae papa Nicolao censura fuerant emendata canonica. Unum, videlicet nefarium Theutbergae legitimae[o] coniugis tuae divortium[p]; alterum vero,

1. a) c *in ras. B.* b) hos *B.* c) plenam *corr. ex* plenum, *ut vid. B.* d) *marg. sinist. folii ex parte delet. B.* e) beatę *B.* f) Hlotharii *B.* g) sanę *B.* h) aperire *B.* i) maximę *B.* k) perfitias *B.* l) Deus *Edit.* m) *corr. superscr. et ras. ex* incelebra *B.* n) Illicitaque *B.* o) *sequitur, sed deletum,* uxoris *B.* p) divortio *B.*

1) *Nescimus, quando Theutberga Romam venerit, unde nec tempus huius epistolae satis constat; ad a. 867 haec referunt Ann. Bertin. ed. Waitz p. 90. Cf. E. Dümmler, 'Geschichte des ostfränkischen Reiches' II ², 226 sq. et 'Sitzungsberichte der K. Preußischen Akademie der Wissenschaften, Philos.-Hist. Kl.', 1899 p. 757 sq.; R. Parisot, 'Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens' p. 308; Mühlbacher, 'Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern' ² n. 1316 b. A. Lapôtre, 'Hadrien II. et les fausses décrétales, Revue des questions historiques' XXVII 390 sq. 393 (1880) eam a. 868 ineunti adscribit, quod laudat Ewald, J.-E. 2892.* 2) *Cf. prol. regul. s. Benedicti:* inclina aurem cordis tui.

867 ex. — 868 in.

scelestissimus[a] Waldradae moechae concubitus[b]: quae[b] non solum lex omnis divina reprobat, condempnat et fieri omnimodis vetat, sed etiam mundana[c] prohibent iura. De quibus nos iterum rescribere nullatenus studeremus[1], nisi vos a iustitiae tramite per incentiva carnis procul dubio deviasse bonumque coniunctionis legitimae vinculum dissolvisse et ad inlicitum ac pristinum stuprum incongruis reverti velle occasionibus agnosceremus. Teutberga itaque inlustrissima[d] regina coniux vestra sanctorum apostolorum Petri ac Pauli ad limina veniens menteque devota orationis desiderium complens nostram faciem[e] contemplari causasque suae[f] necessitatis nobis ore proprio exponere quaesivit. Quae cum a nobis, pro amore Dei et vestro[g], et omni nostra ecclesia honorifice, sicut oportebat, suscepta fuisset, dixit se propter quandam corporis sui infirmitatem et quia non legitime[h] vobis antea fuerit coniuncta conubio, a vestro velle separare consortio et ob amorem Dei saeculi dignitatem et gloriam abicere ac sub leni iugo Christi cervicem cordis submittere[2]. Quibus profecto auditis et Domino auxiliante diligenter consideratis non modico fuimus turbati stupore, quod se pro talibus a vobis quaereret separare, cum scriptum sit dicente Domino: A Deo iungitur mulier viro, et iterum: 'Quod Deus iunxit homo non separet', et, cum ipsa, sicut dicit apostolus, sui corporis non habeat potestatem, sed vos, cui Domini est voluntate legitimo matrimonio regalique toro coniuncta. Cui sane, quamvis cum vestrae voluntatis consensu[i] atque licentia[k] hocce[l] subplici nimis prece deposceret, nostrum in tali voluntatis suae desiderio[m] consensum nullo modo praebuimus. Licentiam vero illi revertendi ad magnitudinis vestrae consortium iuraque matrimonii regalis inlibata custodiendi praecepimus. Super his autem, quibus se a vobis quaerit disiungere, tam repente sine multorum confratrum nostrorum consilio et ingenti examine finitivam nunc proferre sententiam aut consensus nostri inmaturam dare licentiam iure distulimus. Deo autem nobis salutis opem vitamque praebente tam pro his quam etiam pro aliis ecclesiasticis causis synodum facientes et talia subtili[n] examine indagantes, [ut][o] secundum Deum salvi esse possitis, idonea satis intentione deliberabimus[p] atque finiemus.

(cf. Matth. 11, 30. — Matth. 19, 6. — cf. 1. Cor. 7, 4.)

Propter quod excellentiam tuam apostolicis monemus alloquiis et hortamur in Domino, ne aurem nobilitatis tuae consiliis impiorum et veritati repugnantium verbis inclines, sed potius dominicis et apostolicis praebens gratanter praeceptis eandem Teutbergam nobilissimam reginam coniugem tuam dilectionis[q] amore in coniugale consortium laetus recipias et pro[r] amore Dei et sancti Petri nostroque simul honore digno eam retinere sicuti corporis proprii[s] membrum[t] dilectum procures. Quodsi ob itineris longitudinem et asperitatem vel aliquam carnis incommoditatem ad vos usque ipsa pervenire distulerit elegeritque in aliquo proprietatis suae loco sibi utili magis consistere[3], interim, donec synodus, ut praediximus, fiat, salva et incolumis sub vestra regali tuicione atque defensione secura permaneat habeatque in potestate sua ipsas abbatias, quas ei dare ipse ore proprio promisisti, de quarum sumptibus atque redditibus necessaria possit habere stipendia[u] dignaque subsidia. Si vero

(cf. Ps. 1, 1.)

---

a) scelestissimum *B.* b) concubitumque, b *corr. ex* p, *B.* c) *secundum* n *post. add. B.* d) *tert.* s *post. add. B.* e) *corr. ex* fatiem *B.* f) siue *B.* g) vestrum *B.* h) legitimę *B.* i) consensus *B.* k) licentiam *B.* l) hotse *B.* m) desiderium *B.* n) subti *B.* o) *om. B.* p) coram Deo salvatore nostro *add. Edit.* q) dilecto nimis *B.* r) *ante* pro *littera erasa B.* s) *secundum* p *corr. B.* t) menbrum *B.* u) ti *superscr. B.*

1) *Ex hoc loco Lapôtre l. l. p. 393 ann. 7 Hadrianum iam antea ad Lotharium epistolam direxisse opinatus est neque vero seriem litterarum recte posuisse videtur. Quomodo autem fieri potuerit, ut P. Ewald Lapôtre secutus locum chron. Reginon. a. 868 ed. Kurze p. 95 ad unam eandemque epistolam deperditam papae pertinentem in Regestis pontificum bis (n. 2891* et n. 2901*) annotaret, ignoro. At Regestum n. 2891* certo delendum est, sicut iam defuit in Jaffei Regestis. De illa autem Hadriani II. epistola v. infra p. 702 ann. 1.* 2) *Cf. Ann. Bertin. l. l.:* Hlotharius Theutbergam uxorem suam Romam misit, ut se ipsam criminaretur, quatenus ab eius coniugio separari valeret. Sed Adrianus papa atque Romani talibus neniis non credentes, iussa est ad virum suum reverti. 3) *Cf. Mansi XV, 893:* — — ad hanc sedem apostolicam veniens — — inter alia cum iuramento dicebat, quod ante inter paganos aufugeret, quam faciem Lotharii gloriosi regis videret.

quilibet vestrum ei aliquam fuerit molitus contrarietatem[a] inferre aut periculose[b] praesumpserit nocere, sciat se a nobis perpetui anathematis vinculo esse procul dubio innodandum[c] et ab omni christianorum consortio separandum, te autem, si talibus consensum praebueris, omnimodis excommunicandum. 867 ex. — 868 in.

2.

Fragmentum responsionis Hadriani ad Adonem archiepiscopum Viennensem de diversis quaestionibus directae. *867 ex. — 868 in.*

Cod. Vatican. Reg. lat. 566 fol. 65—65' (B).

Edd. Labbe-Cossart, Concil. VIII, 940; Mansi, Conc. coll. XV, 860; Migne, Patr. lat. CXXII, 1261. — Cf. J.-E. Reg. n. 2893 (2190).

Folium codicis, in quo fragmenta huius epistolae exarata sunt, adeo mutilatum est, ut praeter initium, quod priores ediderunt, nonnisi pauca legi iam possint. Praeter O. Holder-Egger b. m. et me ipsum, qui epistolam contulimus, novissime etiam G. Mercati v. rev., bibliothecae Vaticanae praefectus, lectioni difficillimae sagaciter operam dedit. Quae a nobis enucleata sunt praebet editio hoc modo instituta: certa quae videbantur supplementa uncis inclusa in textum recepimus; lacunas, quas explere frustra quaesivimus, trinis semper punctis indicavimus; in variis lectionibus numerum litterarum, quae evanuerunt, — quoad conici licebat — annotavimus.

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ADONI VIENNENSI ARCHIEPISCOPO[1].

Legatus cum lit[teris[2] a][a] beatitudine tua decessori meo sanctae memoriae papae Nicolao destinatus me[3] in se[de illius][b], | quia sic Dominus voluit, ordinatum invenit. Et quia noluimus frustrare pium studium tuum, nos illius vice | licet propter legati moram partim de his, quae scripsisti, fraternitati tuae respondimus. Debemus enim ei[4] in labore | succedere, cui per Dei gratiam successimus in honore. Igitur de ammonitione, quam per Waltarium[5] co[mitem][c] | circa gloriosum regem Lotharium[d][6] exercuit[e] sollicitudo tua, grates multas rependimus. In eo quippe | te praecipue industrium pastorem dominici gregis ostendis, quo insidias lupi praecavendas esse etiam[f] | longe positus adhortaris[g]. Perscrutatis[h] praeterea quaterniunculis[7], quos idem legatus detulit, | ingenium et acumen sensus tui mirati sumus et auctorem protinus conlaudamus. Verum sicut exemplar[ia][i] | epistolarum[8], quas[k] apostolicae recordationis decessor [nos]ter[l] super hac re in Gallias et ad omnes episcopos ultr[a Alpes][m] | positos destinavit, indicant et sicuti nonnulli . . .[n] [te]stantur, [q]uorum[o] unus[o] [Arsenius][p] | venerabilis episcopus[9] et apostolicae sedis apochris[iarius] . . .[q] | bibliotheca-

---

a) contrariaetatem *B.* b) periculoso *B.* c) innotandum *B.*

2. a) *ita Edit.; paene del. B.* b) *ita Edit.; paene evanuerunt B.* c) *ita Edit.; evan. B.* d) *sic B.* e) exsercuit *corr. B.* f) *om. Edit.* g) adhort—*in ras. B.* h) *ead. man. corr. ex* Prȩscrutatis *B.* i) *ita Edit.; evan. B.* k) quae *Edit.* l) *ita Edit.; evan. B.* m) *ita supplendum videtur (v. infra ep. n. 3 p. 700 l. 18); evan. ca. 6—7 litterae B.* n) *paene vel ex toto evan. ca. 20 litt. B;* primores XX *Edit., ubi cetera quae sequuntur vel sequebantur desunt.* o) *ita (*unus *corr. ex* munus*) legit Mercati.* p) *fine lin. absciss. hoc nomen quin supplendum sit, non dubito (cf. etiam infra ep. n. 10 p. 711 l. 1 sqq.).* q) *et huius et trium sequentium linearum plus dimidia parte (ca. 40 — 50 litt.) abscissum B. — Hic supplendum arbitror:* alter Anastasius eiusdem sanctae sedis *(cf. infra l. l.).*

1) *A. 860—875. Cf. de hac epistola W. Kremers, 'Ado von Vienne. Sein Leben und seine Schriften' I, 32 (1911); Dümmler II², 226; Parisot p. 292 ann. 1. — Ad Adonem post Nicolai I. mortem directum neque vero Hadriano II. (cf. Jaffé Reg.² 2946a) attribuendum est fragmentum epistolae, quod ex coll. Moreau 1131 f. 57 quasi ineditum S. Loewenfeld, 'Papsturkunden in Paris', in 'Neues Archiv' VII, 158 sq. publicavit: immo 'Embolium' est ad litteras bene cognitas Anastasii bibliothecarii et legitur ap. Migne, Patr. lat. CXXIX, 742.* 2) *Quae non extant.* 3) *Cf. Decr. Siricii, Migne, Patr. lat. LXVII, 231 (J.-K. Reg. n. 255).* 4) *Cf. Decr. Siricii l. l.* 5) *De quo cf. Nicolai I. ep. n. 47 supra p. 327 cum ann. 4; Kremers l. l. I, 31 sq.* 6) *II.* 7) *Quos Kremers I, 33 ann. 36 refert ad causam Photii et res orientalis ecclesiae; eos autem praecipue ad causam clericorum Remensium pertinuisse ex sequentibus apparere videtur.* 8) *Non satis elucet, quas Nicolai I. epistolas significet Hadrianus.* 9) *Ortensis (sed. 855, † 868).*

867 ex. — 868 in.

rius[a] [1] habetur, cum causa cleric[orum] . . .[b] | quam susceperant ab Ebbone dudum Remens[i] [2] . . .[c] | relata tunc praefatus venerabilis praesul . . .[d] ||

(fol. 65') . . .es[e] appellantium clericorum spernere . . .[f] propter depositionem Ebbonis . . .[g] | . . .[h] in tempore . . .g.eb. .[i] . . .[k] ut iam per me . . .[l] amplius illos . . .[m] | depositionis sub . . .[n] qui pro Ebbone . . .[o] iudiciali more ag[er]e | se diceret nullus ei . . .[p] per p . . .[q] studio immo | vero ex toto interim[r] pr. se . . .[s] | Gallicanę seu Ger[m]anicę reg[ionis] . . .[t] | clericos repperiri potuisset . . .[u] licis d . . .[v] | [cl]ericis m[a]nus impositio . . .[w] [a]b Ebbone . . .[x] ris . . .[y] | ab eo . .[z] sibi praeesse . . .[a'] oedi . .[b'] | . . .[c'] pa meis . . .[d'] vari . . .[e'] et cetera ep . . .[f'] | officia exercere . . .[g'] ene . . .[h'] depręcat . . .[i']. Qu . .[k'] | cumqu. s[l'] igitur . . .[m'] Ebb . . .[n'] | moderatio[o'] . . .[p'] issi . . .[q'] vos penes se . . .[r'] | Scriptum est [en]im: 'Ani[ma] quae p[eccave]rit [i]ps[a mori]et[ur].' Et rursus: 'Fil[ius non portabit iniquitatem][s'] | patris' . . .[t'] consecrator eoru[m] nullius here . . .[u'] | . . .[v'] qua . .[w'] sol . . .[x'] [in]ferioribus ius est . . . avę[y'] sentientibus result[an]di praelatis. Quibus[z'] et . . .[a*] | . .[b*] unt sicut errore pares, sic possunt haberi [in co]ndempnatione consimiles. Qu . . .[c*] | per[3] **illam impositionis manum [v]ulneratu[m] caput habebant et[4] qui participes facti sunt** . .[d*] | et . .[e*] damnati nisi resipuer[int][f*], [ab]s[olvi n]on[g*] poterunt[h*]. Hii vero, qui nihil horum egerunt, talia[i*] | minime debuerunt . . .[k*] [secund]um decreta magni papae Leonis[5] ad . . .[l*] os ant . . .[m*] | . . .[n*] e ordinator[o*] fuerit ordinatis obesse apo . . .[p*] | . . . s sed . . .[q*] o . . . t[r*] | . . . est . .[s*] g . . .[t*] | . . . p . . .[u*] | . . . si null[v*] | . . .

(Margin: cf. Ezech. 18, 20. — ibid.)

---

a) *corr. ex* blibliothecarius *B.* b) *reliqua lin. abscissa B.* c) *reliqua lin. abscissa B.* d) *post* pręsul *4 litt. paene evan. (*in It[aliam] *legit vel coniecit Mercati), reliqua lin. abscissa B.* e) *3 litt. evanuisse videntur B;* [voc]es? f) *litterae tres lectu difficiles B; fortasse* vel. g) *ex sequentibus ca. 20 litt., quae paene evan., diiudicari posse puto:* ill. litt[er.]s . . qui res *(ita Mercati)* . . . h) *evan. ca. 6 litt. B.* i) *evan. ca. 6 litt. B;* tangebat? k) *evan. 4—5 litt. B.* l) m *corr. pro* p; *evan. ca. 20 litt. B.* m) *evan. 4—5 litt. B;* poenae *supplendum proponit Mercati.* n) *ca. 24 litt. evan. B.* o) *ca. 17 litt. evan. B.* p) *sequentes 3 litt. certo cognoscere nequeo;* - dem? q) *evan. ca. 45 litt. B.* r) *ita legit Mercati.* s) *evan. ca. 55 litt. B.* t) *recte supplere videtur Mercati; post* reg *evan. ca. 53 litt. B.* u) *3 litt. evan. B.* v) *evan. ca. 46 litt. B.* w) *ca. 8 litt. evan. B.* x) *ca. 31 litt. evan. B.* y) *ca. 12 litt. evan. B.* z) *2 litt. paene evan. B;* eo *iterum scr. cancell. conicit Mercati.* a') *evan. ca. 58 litt. B.* b') *ca. 2 litt. evan. B.* c') *4 litt. evan. B.* d') *18—20 litt. evan. B.* e') *ca. 38 litt. evan. B.* f') *3—4 litt. evanuisse videntur B;* episcopi *vel* episcopatus *conicit Mercati.* g') *ca. 6 litt. evan. B.* h') *ca. 14 litt. evan. B.* i') *ca. 30 litt. evan. B.* k') *1—2 litt. evan. B.* l') *litt. cancell. ante* s *B.* m') *ca. 28 litt. evan. B.* n') *ca. 33 litt. evan. B.* o') *ita legit Mercati.* p') *ca. 8—9 litt. evan. B.* q') *ca. 27 litt. evan. B.* r') *ca. 24 litt. evan. B.* s') *optime supplevit Mercati.* t') *ca. 33 litt. evan. B.* u') *ca. 18 litt. evan. B.* v') *3 litt. paene evan. B;* Pro? w') *1—2 litt. certo cognoscere nequeo;* m *vel* in? x') *ca. 6 litt. evan. B.* y') *ca. 5 litt. evan. B;* pravę *conicit Mercati.* z') *legit Mercati.* a*) *evan. ca. 6—7 litt. B.* b*) *3 litt. evan. B.* c*) *ca. 8 litt. evan. B.* d*) *2—3 litt. evanuisse videntur B.* e*) *2 litt. legere nequivi.* f*) *verbum paene evan. B.* g*) *ita bene conicit Mercati.* h*) *corr. ss. pro* poterint *B.* i*) *ita legit Mercati.* k*) *evan. 8—10 litt. B;* sustinere *supplendum proponit Mercati.* l*) *evan. 3—4 litt. B.* m*) *ca. 6 litt. evan. B.* n*) *parte folii abscissa (v. supra p. 697 l. 38 sq.) haec quattuorque lineae sequentes valde deletae sunt. Ex eis quoque quae supersunt paene omnia evanuerunt B.* o*) *vel* ordinatore? p*) *evan. 2—3 litt. B.* q*) *ca. 12 litt. evan. B.* r*) *ca. 3 litt. evan. B.* s*) *2 litt. frustra diiudicare studui.* t*) *ca. 10 litt. evan. B.* u*) *praeter illud* p *tota lin. evan. B.* v*) *legit Mercati. Finis folii et fragmenti B.*

1) *Cf. Ann. Bertin. a. 868 ed. Waitz p. 92:* Anastasii, quem bibliothecarium Romanae ecclesiae in exordio ordinationis suae Adrianus constituerat. 2) *Archiepiscopo a. 816—835, 840—841.* 3) *Cf. Decr. Innocentii I. c. 53, Migne, Patr. lat. LXVII, 259 (J.-K. Reg. n. 303).* 4) *Cf. idem Innocentii decretum.* 5) *Quod Leonis I. decretum hic significetur, non perspexi.*

3.

Hadrianus statuta synodi Tricassinae approbat, Wulfado Bituricensi archiepiscopo pallium concedit. Nicolai papae decreta servari iubet. *868 Febr. 2.* 868 Febr. 2.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 79—79' (B); Laudun. 407 fol. 183—185 (C); Remens. 672 fol. 208_1*—*208_2 *(D). — Vallic. J. 49.*

5 *Edd. Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 10—14; Sirmond, Conc. Gall. III, 362; Bouquet VII, 439; Mansi, Conc. coll. XV, 821; Migne, Patr. lat. CXXII, 1261. — Cf. J.-E. Reg. n. 2894 (2191).*

HADRIANUS*[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI SANCTAE ET IN CHRISTO DILIGENDAE SYNODO APUD TRECAS[1] COLLECTAE.

Legationis vestrae scripta[2] beatae memoriae decessori meo papae Nicolao[b] missa nos 10 iam in sede illius divina dignatione locati suscepimus promptissimamque[c] oboedientiam vestram, quam in colligendis gestis secundum diffinitionem praenominati sanctissimi praesulis[3] exhibuistis, laudavimus. Et licet ad seriem rerum gestarum luce clarius agnoscendam non sufficiant, quae tam de Ebbonis[d] deiectione quam de his, quae postmodum[e] acta sunt, unanimitas vestra descripserit, et nonnulla relationi vestrae[f] desint eorum, quae super his 15 gesta sunt quaeque iam memoratus[g] et semper memorandus pontifex apostolicae sedi voluit ex integro reserari, pium tamen laborem vestrae sanctitatis et studium non solum laudabile, sed et longe lateque praedicabile iudicamus. Innocentia quippe iam nunc fratris et coepiscopi nostri Vulfadi[h] et collegarum eius, quam quidam emergens casus per non brevis temporis intercapedinem obumbraverat, retractatione et refricatione[i] vestrae sacratae et apostolicae 20 sedis auctoritate frequenter adunatae[k] sollertiae[l] ecce Deo gratias venit ad lucem et iustitiae suae radios ad omnium omnino certitudinem foras quasi solis splendor extendit. Ideoque nos vestrum iudicium ac vestram sententiam, quam apostolicae sedis censura, sicut exegit[m] ordo, praecessit, adprobamus, admittimus et corroboramus; atque postulationi vestrae, cui quicquam negari difficillimum est, annuentes ad pleniorem confirmationem usum pallii iam 25 dicto fratri nostro Vulfado Bituricensi[4] antistiti[n] secundum priorem consuetudinem ad genium et decus ecclesiae sibi commissae et instructionem ipsius[o] concedimus. Quod etiam saepe[p] memoratus decessor noster iam dudum libenter annueret, si quae nunc misistis ipse reciperet vel si is[q], qui hoc suscipere conabatur, a Bituricensi missus probaretur ecclesia[r]. Sed quod ille[s] non egit ecce nos egimus, quin potius quod ille perficere deliberaverat nos ecce[t] 30 Deo auctore supplevimus. Non quippe est diversitas operis, ubi est una eademque concordia voluntatis, praesertim[u] cum[u] debeamus ei[v][5] in labore succedere[w], cui successimus in honore: nimirum qui sumus, ut psalmista[x] canit, pro patribus nati filii et constituti, quamvis longe meritis[y] impares, super omnem universalis[z] sanctae ecclesiae[a'] terram[6]. cf. Ps. 44, 17.

Precamur autem et obsecramus in Domino, ut, sicuti[b'] nos unanimis fraternitatis vestrae 35 precibus annuimus et assensum de cetero non solum in hoc, sed et[c'] in omnibus praebere

---

*) *Superscriptiones:* Exemplar apostolicae responsionis ad sinodum habitam *B;* Exemplar responsionis ab Adriano papa factę *D.*

3. a) Adrianus *D.* b) Nicholao *D.* c) promtissimamque *D.* d) Ebionis *D.* e) t *superscr. B.* f) nostrę *D.* g) me- *superscr. al. m. C.* h) Volfadi *D.* i) reficatione *B;* refragatione *D.* k) adu- 40 nate *B, C.* l) solertiae *B.* m) exigit *D.* n) antistitis *B;* antistici *D.* o) ei *D.* p) sepę *B.* q) his *B.* r) aecclesia *B.* s) *om. D.* t) aecce *B.* u) cum praesertim *D.* v) et *D.* w) ei *add. D.* x) propheta *D.* y) mentis *D.* z) universalem *D.* a') aecclesiae *B.* b') sicut *D.* c') *om. C.*

1) *'Troyes' (867 Oct.—Nov.).* 2) *Mansi XV, 791 sqq. Cf. Schrörs, 'Hinkmar Erzbischof von* 45 *Reims' p. 287 sq.; 'Neues Archiv' XXVI, 638.* 3) *Cf. Nicolai I. ep. n. 79 supra p. 419.* 4) *'Bourges' (a. 866—ca. 876).* 5) *Cf. supra p. 697 ann. 4.* 6) *Cf. Nicolai I. ep. n. 88 supra p. 475 sq. et quae exposui in libro 'Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius' p. 174 ann. 4 et p. 308 sq. Qui autem inspexerit illum locum, quin ab eodem dictatore uterque compositus sit, vix dubitabit.*

868 Febr. 2.

disponimus[a], ita quoque vos meis nunc votis satisfacere procurantes crebro dictum apostolicae recordationis papam Nicolaum[b] in codicibus vel dipticis[c] ecclesiarum[d] vestrarum scribi et nomen eius inter sacra missarum sollempnia[e] inpraetermisse[f] recitari faciatis, ita ut aliis quoque fratribus et dioceseon vestrarum sacerdotibus id ipsum agere praecipiatis. Nihilominus[g] vero suadere vestrae dilectioni curamus et ammonemus, ut tam Grecis principibus quam omnibus omnino clericali fungentibus[h] ordine contra personam eius vel acta seu decreta ipsius agere vel decernere quicquam temptantibus[i] tam verbo quam scripto viriliter obvietis ac validissime resistatis, scientes praeterea, quia quaecumque hic[k] adversus eius personam vel decreta gerentur, me his numquam praebiturum fore consensum nec eis, a quibuscumque vel quomodocumque fiant, meum interesse mentis vel[l] diffinitionis aut dispositionis affectum[m]. Quamquam, si quilibet apostolicae sedis misericordiam humiliter postulaverint, circa hos praemissa satisfactione mitius agere nullo modo velimus inflexibiles apparere, tantum ne[1] huiusmodi homines sic innocentiam suam asserere studeant, ut in accusationem[n] tanti pontificis[o] maximeque in Dei iuditio collocati quoquo modo prorumpere audeant, praecipue cum illum, dum advixit, nemo impetere praesumpserit vel eum de iniusto iuditio arguere vel tenuiter ausus extiterit, nisi[p] forte hunc[q] quis[q] humiliter adiit, cui ille satisfactione[r] nondum[r] curata iure remittere non consensit.

Estote igitur circa haec vigiles, estote fortes et ista omnibus ultra Alpes constitutis episcopis nunciantes[2], ut et ipsi quoque super his solliciti et intenti propugnatores sint, salutaribus monitis incitate[s]. Quoniam[3], si[4] sedis apostolicae praesul vel ipsius decreta detestationi[t] vel abdicationi habentur, nullius vestrum vel nomen vel institutum firmum aut stabile permanere valebit. Quin potius et dogmatibus, quae de sancta et individua trinitate a praesulibus sedis apostolicae promulgantur, nonnulla possunt[u] fieri detrimenta, si praecedentium quorumque et maxime primae sedis pontificum statuta vel ulli — quod dici nefas est, quin et ipso auditu prorsus[v] horrendum — a subsequentibus quibusque, immo et inferioribus, abolitioni cuidam vel dampnationi subiciantur vel impiae temeritatis ausu saltem[w] soli[x] derogationi[x] prodantur.

Sanctam fraternitatem vestram optamus[y] nunc et semper in Christo bene valere.

Data IIII. nonas Febr. indictione[z] prima.

4.

Hadrianus Waldradae absolutionem ab excommunicatione precibus Ludovici imperatoris praecipue impetratam significat. *868 Febr.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 92'—93 (B); Remens. 672 fol. 212_1—212_2 *(C). — Vallic. J. 49.*

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 4. 5; Sirmond, Conc. Gall. III, 373; Bouquet VII,441; Mansi, Conc. coll. XV, 834; Migne, Patr. lat. CXXII, 1265. — Cf. J.-E. Reg. n. 2897 (2194).

---

a) diponimus *B.* b) Nicholaum *D.* c) dypticis *C;* dicticis *D.* d) aecclaesiarum *B.* e) sollemnia *C.* f) inpretermissae *B.* g) Nihilhominus *B.* h) fungibus *D.* i) temtantibus *C.* k) *deest D.* l) aut *D.* m) assensum *D.* n) accusatione *D.* o) ponfificis *D.* p) quis *add. D.* q) quis hunc *D.* r) nondum satisfactione *D.* s) incitatę *D.* t) *corr. ex* detestationis *B.* u) *deest D.* v) porsus *D.* w) saltim *D.* x) solide rogationi *B.* y) obtamus *D.* z) indicitur *B.*

1) *Cf. Anastasii bibliothecarii epistolam Adoni Viennensi directam, Migne, Patr. lat. CXXIX, 742:* — — ne, si hic factum fuerit concilium, sic quasi recuperationem sui status assequantur, ut in derogationem defuncti praesulis prosiliant, praecipue vero cum hunc nullus redarguerit — —. *Lapôtre, 'Revue des questions historiques' XXVII, 400 ann. 7; idem, 'De Anastasio bibliothecario' p. 229 ann. 1; Dümmler II², 225 ann. 2.* 2) *Cf. Anastasii epistolam l. l.:* Haec ergo cunctis fratribus nuntiate. 3) *Cf. l. l.:* Nam si tanti pontificis acta cassantur, vestra, quaeso, ubi parebunt? *et:* quoniam auctoritas huius ecclesiae mox dissolvitur, si praesul — —. *V. etiam E. Perels l. l. p. 252.* 4) *Cf. Ivon. Decr. V, 34.*

868 Febr.

Nemo*[1] plane dubitat nullum facinus esse, quod ecclesia[a] data[b] sibi divinitus potestate ab eo desistentibus non possit absolvere vel poenitentibus relaxare, cui dicitur: 'Quaecumque dimiseritis super[c] terram, dimissa erunt et in caelis, et quaecumque solveritis super terram, soluta erunt et in caelis.' In quibuscumque omnia sunt, quantacumque et qualiacumque sint. Quod etiam in sententia tua rationabiliter observandum est, qua licet fueris obligata, quia tamen[d], sicut multorum, sed praecipue dilectissimi filii nostri Hludouuici[e] [2] clementissimi augusti, cui fides in omnibus adhibenda est, relatione didicimus, a nevo, quo tenebaris obstricta, resipuisse diceris et ab obstinatione, qua videbaris adnexa[f], discessisse narraris, pietatis tibi viscera noveris apostolicae sedis aperta et tam vinculis anathematis et excommunicationis exutam quam cunctorum christianorum Dei et beatorum primorum apostolorum auctoritate societati redditam atque communioni te gaude[g] redactam[g], ita ut deinceps ecclesiam ingrediendi et orandi convivandique[h] seu cum ceteris christianis loquendi sit tibi auctore Deo data licentia, praefati dumtaxat regis[3] societati propter antiqui hostis versutias nullo pacto[i] penitus[k] adherendi[4]. Quod tamen beneficium quamquam hoc moderatio flagitasset ecclesiastica[l], quae sicut incorrectis inflexibilis, ita correctis[m] semper debet esse flexibilis, instantiam precum et incomparabilem dilectionem desiderabilis et spiritualis filii nostri iam memorati et iugiter memorandi augusti tam tibi celeriter impetrasse cognosce. Cuius scilicet postulatio, sicut nonnisi iusta[n] creditur, ita quoquo modo postponenda non ducitur. Verum tu sic te de cetero stude munire, ut donum solutionis, quod in terra percipere cerneris, in caelo Deo auctore veraciter capere merearis. Nam si te coram humanis oculis absolvendam exhibes et coram Dei conspectibus obligata consistis, nec nodo cares nec veniam impetras, quin immo et pro simulatione potiori nexu ligaberis[o]. Etenim divino fertur oraculo, quia homo videt in faciem, Deus autem cor[p] intuetur[p]. Ergo ne delecteris in infimis, sed superna cordis intuere semper obtutibus. Caduca sunt quae cernuntur, quae vero non[q] videntur aeterna consistunt. Noli rogo[r] pro terrenis caelestia, pro visibilibus gaudiis invisibilia[s] perdere gaudia, quae quidem nec cogitari sufficiunt[t]. Nullus tibi blandiatur; qui enim te beatificant, ipsi te decipiunt. Denique quantiscumque velaminibus iustitia et[u] veritas[u] occultetur, quandoque tamen splendorem foras suae claritatis emittet, nec poterit omnino diutius nubilo[v] scevae[v] defensionis[w] obduci, quod favente Deo tam sedis apostolicae studio quam rectissimi principis, karissimi videlicet filii nostri, cui[x] numquam tortitudo quaelibet aliquando placuit[y], sed nec[z] placere quoquo modo poterit, sollicitudine[a'] radios suos ut solis candor extendet.

cf. Matth. 16, 19; 18, 18.

cf. 1. Reg. 16, 7.

---

*) *Superscriptiones:* Ad Waldradam *B;* Cuius supra *C.*

4. a) aecclesia *saepius B.* b) *fol. 92' in marg. sinist. ex parte non iam legi potest B.* c) in *C.* d) tam *B.* e) Ludoyci *C.* f) adnixa *C.* g) gaudere dactam *B;* gaudere datam *C.* h) convivendique *C.* i) pacta *corr. ut vid. ex* pacto *C.* k) poenitus *B.* l) aecclaesiastica *B.* m) correptis *C.* n) *corr. C.* o) *corr. ex* libaberis *C.* p) intuetur cor *C.* q) ñon *C.* r) ergo *C.* s) *deest B.* t) suffitiunt *B.* u) *desunt C.* v) sceve nubilo *C.* w) detensionis *Edit.* x) qui *C.* y) complacuit *C.* z) ne *B, C.* a') solitudine *C.*

1) *Et codices et sensum sequentes hoc scriptum (de quo cf. Dümmler II², 228; Parisot p. 311; M.R.² 1317a) non solum J.-E. 2898, sed etiam J.-E. 2895 anteponimus; aut enim eodem Febr. 12 (cf. Parisot l. l. ann. 1) aut antea — cum quasi ipsam Waldradae absolutionem contineat — compositum videtur esse.* 2) *II. imperatoris. — De bonis inter papam et imperatorem consuetudinibus refert Liber pontificalis, in quo etiam litterae Hadriani in initio pontificatus sui Ludovico II. directae memorantur (ed. Duchesne II, 176; cf. J.-E. Reg. n. 2890*): — —* exules Gaudericum Veltriensem, Stephanum Nepesinum episcopos et Iohannem cognomento Hymmonidem, quos procacissima falsitas serenissimo Augusto incusans domo patriaque proscripserat, ab augusta mansuetudine multis epistularum documentis requirere studuit, dicens se bonum ecclesiae Dei pastorem videri non posse, nisi oves, quas fide sanctae ecclesiae infidelis vir per suam surreptionem proscripserat, recepisset. 3) *Lotharii II. scilicet; sed hic certe nusquam antea eius mentio fit.* 4) *Cf. Ann. Bertin. a. 868 ed. Waitz p. 91:* Absolutio autem ipsius Waldradae ea conditione est facta, ut Hlothario nullo pacto cohaereat.

5.

868 Febr. 12.

Hadrianus archiepiscopos et episcopos in regno Ludovici Germanici constitutos de absolutione Waldradae certiores facit. *868 Febr. 12.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 93 (B); Remens. 672 fol. 212_2—212_1' (C). — Vallic. J. 49.
Edd. Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 6; Sirmond, Conc. Gall. III, 373; Bouquet VII, 441; Mansi, Conc. coll. XV, 835; Migne, Patr. lat. CXXII, 1266. — Cf. J.-E. Reg. n. 2898 (2195).

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN REGNO HLUDOUUICI[a] GLORIOSI REGIS[1] CONSTITUTIS.

Sicut obstinatis et incorrigibilibus[b] debetur vindicta, ita conversis atque correctis[c] amovenda est ultio et adhibenda curatio. Quapropter nos Waldradae, quae multorum, ut refertur, adtestatione a[d] pristinis et illicitis affectibus ad salutiferum correctionis[e] iter conversa est, remedia miserationis apostolicae sedis exhibere consensisse illamque vinculo excommunicationis vel anathematis auctoritate Dei[f] et principum apostolorum absolvisse cognoscite, ita ut deinceps Domini ecclesiam ingrediendi et orandi convivandique seu cum ceteris christianis loquendi sit ei auctore Deo concessa licentia. Cui Waldradae videlicet competentia monita destinavimus[2] et quae conveniebant litteris inculcanda[g] praevidimus; quarum scilicet litterarum[h] textum sibi vestra fraternitas exhiberi summopere postulet. Et quoniam ita convenit, a vobis exigendum et agnoscendum decernimus, quatinus[i] per hoc scire valeat vestra sanctitas apostolicae sedis austeritatis et mansuetudinis, remissionis[k] et refrenationis inditia et moderantissimae[l] discretionis prorsus insignia.

Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.

Data pridie idus Febr.[m] indictione prima.

6.

Hadrianus Ludovicum regem Germaniae commonet, ne Ludovici imperatoris neve Lotharii regis fratrum regna invadat. *868 Febr. 12.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 93—93' (B); Remens. 672 fol. 212_1'—212_2' (C). — Vallic. J. 49.
Edd. Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 15—17; Sirmond, Conc. Gall. III, 370; Bouquet VII, 442; Mansi, Conc. coll. XV, 829; Migne, Patr. lat. CXXII, 1263. — Cf. J.-E. Reg. n. 2895 (2192).

HADRIANUS**[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI[b] DILECTO FILIO HLUDOUUICO[c 3] GLORIOSO REGI.

Inter exordia divinitus ordinati, licet in indigno ministro[d], pontificatus mei pacis studium prae ceteris virtutibus praedicandi suadendique[e] mihi necessitas non inconvenienter

*) *Superscriptio:* Cuius supra *C.*
**) *Superscriptio:* Item cuius supra *C.*

5. a) Ludoyci *C.* b) incorruptibilibus *C.* c) correptis *C.* d) ad *B.* e) correptionis *C.* f) *om. C.* g) inconculcanda *B.* h) *corr. C.* i) quare *C.* k) re- *superscr. B.* l) moderatissimę *C.* m) februarii *C.*

6. a) Adrianus *C.* b) Di *B.* c) Ludoyco *C.* d) ministerio *C.* e) *fol. 93 in dextra columna magna ex parte deletum cognosci non iam potest B.*

1) *Germaniae. — Cf. Ann. Bertin. a. 868 ed. Waitz p. 91, e quibus similes epistolas episcopis regnorum Karoli Calvi atque Lotharii II. missas esse (J.-E. 2899*. 2900*) apparet. Non iam extat epistola responsoria Hadriani II. Lothario II. regi missa (J.-E. 2901*, v. etiam Jaffé II², 703), de qua Reginon. chron. a. 868 ed. Kurze p. 95 tradit:* Ad haec *(i. e. ad Lotharii II. epistolam supra p. 239sq. editam)* supradictus papa rescripsit, sedem sancti Petri semper paratam esse dignam satisfactionem suscipere nec, quod divinae humanaeque leges iuste decernunt, umquam reppulisse: itaque si se immunem ab obiectis sciret, cum omni fiducia sedem apostolicam oporteret adire, ut expetitam benedictionem perciperet; si autem culpam recognosceret, nihilominus absque hesitatione venire festinaret, condigna poenitentiae remedia suscepturus. *Cf. Kurze, 'Neues Archiv' XV, 321; Dümmler II², 228 ann. 1; Parisot p. 311; Mühlbacher Reg.² n. 1317; Lapôtre, 'Revue des questions historiques' XXVII, 393; supra p. 696 ann. 1.* 2) *V. praecedentem ep. n. 4.* 3) *Germanico. De similibus litteris Karolo Calvo destinatis legitur in Ann. Bertin. a. 868 ed. Waitz*

868 Febr. 12.

incumbit, nimirum cum etiam[a] in ipsius dominicae nativitatis principio caelestis exercitus miliciae visae sint[b], quae clamarent: 'Gloria in excelsis Deo et in terra pax[c] hominibus bonae voluntatis.' Ubi profecto sollerter intuendum est, quia, sicut tunc pastores, qui super gregem suum prae ceteris vigilaverunt, tanti tripudii videre prae ceteris gaudia meruerunt, ita nos tunc procul dubio caelestium bonorum leticiam adipisci merebimur, si super oves dominicas sollicite vigilemus, ne videlicet has vel per insidias odii seu[d] discordiae[d] vorax lupus invadat vel[e] per cupiditatem[f] avidus ille leo deglutiat, qui[g] docente apostolorum principe[h] 'circuit quaerens quem devoret'. Ideoque nunc, fili carissime, oportune inportune suadeo, admoneo et instanter adhortor[i], ut pacis et dilectionis vinculum, quae maior est omnibus virtutibus et holocaustomatibus, insolubiliter in omnes et in[k] invicem observare gloria tua contendat et inter subiectos medullitus[l] custodiri semper admoneat. In hoc enim regni vestri status poterit incolomis[m] tutius[n] permanere, si vos neminem concutientes a nullo concuti dinoscamini.

Praeterea[o] nolumus ignorare celsitudinem tuam dilectissimum et spiritalem filium nostrum Hludouuicum[p], piissimum et a Deo protectum imperatorem[1], non adversus sanctae religionis filios, ut quidam[q], non[r] contra fidei christianae domesticos, sed adversus filios Belial, adversus Christi nominis inimicos pro sanctae ecclesiae[s] et praecipue nostra securitate proque fidelium liberatione multorum, qui pene iam finetenus apud Samnium periclitabantur[t], ita ut etiam fines nostros infestatio iam iamque Sarracenorum[2] invaderet[u]. Egressus a summo sublimitatis proprio[v] solio et a pacatissimae requiei suae fundamine nec[w] corpori[x] parcit, non aestibus, non algoribus, non denique ullis eventibus cedit, sed omnia incommoda[y], omnia discrimina pro Christi nomine tolerans nihil est, quod pro christianorum ereptione recuset arripere, nihil est, quod pro fidelium quiete ac pace declinet assumere. Denique non modicam[z] ecclesiae sanctae quietem per eum divina iam pietas operata est nec modicae paganorum vires fortitudine superna prostratae sunt. Siquidem saepius eosdem tamquam mures e[a'] cavernis suis egressos ad sua latibula terga vertere compulit et brachia contra nostros exerta potenti virtute resolvit, quin et nobis omnibus, qui longe sumus[b'] et qui prope, magnae securitatis praesidium condonavit, dum scilicet nonnullos[c'] eorum prostravit, nonnullos etiam ab eorum superstitioso ritu convertens Christi fidei et verae religionis itinera sectari perdocuit.

Qua de re ratum ducimus vestram commonere magnopere celsitudinem, quo non vestris motibus, non aliorum suggestionibus incitati quicquam quae illius sunt concutere praesumatis. Non solum autem quae illius sunt, verum etiam quae fratris ipsius, Hlotharii videlicet gloriosi regis[3], consistunt, nullo commovere patiamini prorsus instinctu. Qui enim tangit ea, quae fratris eius sunt, illa, quae ipsius[d'] sunt, tangit, et qui illum[e'] livore[e'] victus[e'] commovet, hunc procul dubio commovere dinoscitur. Quamobrem suademus et dilectionem vestram his apicibus cohortamur, ut iniquis suasionibus non cedatis nec sinistra machinantibus aures accommodetis[g'], sed unusquisque vestrum suo iure contentus quae alterius sunt usurpare non temptet nec invadere quocumque modo nitatur, quod invasum non modicum potest

Luc. 2, 14. — cf. Luc. 2, 8. — 1. Petr. 5, 8. — cf. 2. Tim. 4, 2. — cf. Marc. 12, 33. — cf. 1. Thess. 3, 12; 5, 15. — cf. Deut. 13, 13 et passim. — cf. Iudith 14, 12.

---

a) *deest C.* b) sunt *C.* c) *sequitur* h, *reliquae 6—8 litterae deletae sunt; fortasse* hominibus *bis scriptum erat B.* d) *desunt C.* e) nec *C.* f) cupidinem *C.* g) *fol. 93' ead. man. artius scriptum B.* h) n *superscr. B.* i) adortor *B.* k) *om. B.* l) medullius *B.* m) incolumis *C.* n) tuitius *B.* o) Pretera *C.* p) Ludovicum *C.* q) pugnare *recte videtur suppleri in Edit.* r) nec, *ut videtur, B.* s) *in ras. B.* t) periclitabant *B.* u) invadere *B, C.* v) proprie *C.* w) non *C.* x) corpi *C.* y) incomoda *B.* z) commodicam *B.* a') *om. C.* b') fuimus *C.* c') *inferior pars columnae sinistrae fol. 93' ex parte vix legi potest B.* d') eius *add., sed del. B.* e') livore victus illum *C.* f') acomodetis *B.*

p. 91: Karolus — — — deferentibus epistolas Adriani papae, accepit unam sibi directam, in qua isdem apostolicus praecepit, ut regno Hludowici imperatoris ac regno Hlotharii nullam molestiam ingerat *(J.-E. 2896*). Cf. Dümmler II², 229; Parisot p. 310.*

1) *II.* 2) *Cf. Dümmler II², 235 sq.; G. Lokys, 'Die Kämpfe der Araber mit den Karolingern bis zum Tode Ludwigs II. (Heidelberg 1906)' p. 79 sq.; L. M. Hartmann, 'Geschichte Italiens im Mittelalter' III, 1 p. 267 sq.; J. Gay, 'L'Italie méridionale et l'empire byzantin (Paris 1904)' p. 83. M. R.² 1239 f.* 3) *II.*

868 Febr. 23. invasori generare sine[a] dubitatione[a] discrimen. Provideat ergo prudentia vestra, ne iam fato desiderabilissimo filio nostro[b] semper augusto causam Dei exequenti et hereditatem Domini vindicanti ac ipsius bella praelianti quodlibet offendiculum praeparetur, quo sanctae Dei ecclesiae quavis ex parte impediatur vel profectus fidelium excludatur, sed potius tela vestra paganorum acies paveant et iacula vestra hi[c], qui sine Deo sunt, acuta[d] repperiant, quin potius secundum apostolum non sit vobis 'conluctatio adversus carnem et sanguinem', id est homines, 'sed[e] adversus principes et potestates, adversus mundi[f] rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae[g] in caelestibus'. Alioquin manum apostolicae sedis cum eodem piissimo principe fortiter esse cognoscite et arma nostra illi munimina validissima conferentia, summo agonitheta nobis concertante et beatorum principum apostolorum intercessione cooperante, praeparata sine cunctatione praenoscite.

cf. 1. Mac. 15, 34. cf. 1. Reg. 18, 17. Ephes. 6, 12.

Optamus gloriam vestram nunc[h] et semper in Christo bene[i] valere, dilectissime fili. Dat. pridie idus Febr. indictione prima.

7.

Hadrianus Karolo Calvo regi respondet Ebbonis causam silentio contegi debere; pro restitutis clericis gratiam ei refert. Hortatur, ut Actardo per aliquantum iam temporis proprio episcopio privato alia ecclesia vacans concedatur; cui pro meritis suis longoque exilio pallii decus praeter solitum contulisse se significat. *868 Febr. 23.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 80'—81' (B); Laudun. 407 fol. 187—190 (C); Remens. 672 fol. 208₁'—209₁ (D). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 22—26; Sirmond, Conc. Gall. III, 366; Bouquet VII, 443; Mansi, Conc. coll. XV, 824; Migne, Patr. lat. CXXII, 1266. — Cf. J.-E. Reg. n. 2902 (2199).

DILECTO[a] FILIO KAROLO[b] GLORIOSO[b] REGI[b] [1].

Hactardus[2] venerabilis quondam Namneticae[c] [3] urbis episcopus[d] ad apostolica perveniens[e] limina vestrae celsitudinis epistolam[4] detulit, quam quidem vos[f] sanctae memoriae decessori meo papae Nicolao[g] destinastis, sed nos iam vice illius in apostolica sede dignatione ac miseratione divinae magnitudinis ordinati[h] suscepimus[h]. Unde[i] quae[i] ab illo flagitata[k] sunt, nos pro viribus, indigni licet heredes[l], supplere[l] et opitulante Christo forte tamquam non ingrati[m] filii paternum debitum persolvere maturavimus. Quamdiu enim merita beati Petri apostoli Deo, cui omnia vivunt, non moriuntur, nequaquam fidei suae vel sollicitudinis heredes deficient[n], nec deerunt prorsus, qui regulam, quam circa Deum ferventissimae caritatis ostendit, pro quantitate virium proque capacitate divinitus collati doni sequantur. Ipse namque, quicquid ab indignis ministris neglegenter agitur, supplet; ipse locum, quem olim delibatione proprii corporis Domino consecravit, quiscumque vel qualiscumque vicarius extet, suae tamen claritatis lumine hodieque[o] indeficienter illustrat. Cui etsi desunt merita successoris[p], sed adsunt[q] beneficia decessoris ac primi sedis eiusdem sessoris.

cf. Luc. 20, 38.

---

a) *desunt C.* b) vestro *C.* c) hii *C.* d) acuata *B, C.* e) se *B.* f) m̄di *C.* g) nequitia *B.* h) *secundum* n *post. add. B.* i) *om. B.*

7. a) *Praecedunt:* Item cuius supra. Adrianus episcopus servus servorum Dei *D;* Hadrianus *al. man. post. superscr. C.* b) glorioso regi Karolo *D.* c) Nanneticę *D.* d) *fol. 80' columna sinistra ex parte deleta vix legi potest B.* e) veniens *D.* f) *om. D.* g) Nicholao *D.* h) suscepimus ordinati *D.* i) Undeque *B.* k) fragilitata *B.* l) supplere heredes *D.* m) grati *D.* n) *inter* defici- *et* -ent a *del. B.* o) odieque *B;* hodique *D.* p) *corr. D.* q) assunt *D.*

1) *Calvo. — De hac et sequentibus epistolis cf. Dümmler II², 229 sq.* 2) *Namnetensis episcopus 843/844—871, postea (871—875) Turonensis archiepiscopus. Cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II², 369 sq. 312.* 3) *'Nantes'.* 4) *Mansi XV, 796 sqq.; cf. Ann. Bertin. a. 867 ed. Waitz p. 88 sq.*

868 Febr. 23.

Itaque de Ebbonis quondam Remensis archiepiscopi[a] qualiscumque restitutionis negotio benignitatis vestrae litteris satis edocti oboedientiam et studium, quod hinc[b] iuxta diffinitionem apostolicae sedis exhibuistis, approbavimus et auctori, a quo cuncta[c] bona[c] procedunt, inmensas gratiarum actiones persolvimus. Verum illa si essent, apostolica sedes de Ebbone ad[d] liquidum[d] invenire[d] satagebat, quae restituendis a fratre et coepiscopo nostro[e] Hincmaro[f] olim deiectis clericis[1] possent aliquid generare discriminis. At vero cum nec idem Ebbo erroris[g] alicuius defensioni, quo hereticus quis efficitur, dederit operam nec iam memorati clerici aliud in hoc nisi humilitatem et oboedientiam exhibuerint, illa, quae de Ebbone dici possunt, quia, ut opinamur[h], nihil ad utilitatem proficiunt[i], iamiamque silentio contegantur; maxime cum et ipse et[k] omnes[k] episcopi praeter Rothadum[l][2], qui causae illius notitiam habuere, decesserint[m] et pro[n] longitudine[o] temporis ad liquidum indubie[p], quae tunc acta super hoc sunt negotio, sciri non possint[q] atque de his, qui ad Dominum migraverunt[r], nobis facile iudicare[s] non liceat. Cum enim in manu iuditii Dei consistant, si humanis diffinitionibus quicquam de his tribuatur, non solum praesumptionis, sed et dampnationis est prorsus inditium. Ille quippe Ebbo suo iam Domino aut stat aut cecidit. Quodsi stat, quis hunc[t] conetur eicere[u]? Si vero cecidit[v], quis[w] nitatur[x] erigere nisi forte is[y], qui sua iuditia divino iuditio praeponere impia[z] temeritate[z] deliberat? Relinquatur ergo[a'] huiusmodi Dei cunctarum intentionum scrutatoris iuditio, nimirum qui secundum apostolum constitutus[b'] est a Deo iudex vivorum et mortuorum quique iuxta fidei nostrae stabile fundamentum iudicaturus est vivos et mortuos. Praeterea[c'] non[c'] modicas gratias vestrae[d'] benignitati[d'e'] referimus[d'], quoniam praelatis restituendis clericis, quibus apostolicam sedem[f'] manum porrigere sensit, ipsa quoque ad laudem Dei et reverentiam principum apostolorum necnon et honorem sedis ipsorum manum porrigere[g'] alacri studio procuravit. Quamobrem postulantibus iam[h'] vobis[3], ut primus eorum, Vulfadus[i'] scilicet frater et coepiscopus noster, pallii usu more successorum[k'] suorum nostrae auctoritatis largitione decorari potuisset, merito condescensionis aures accommodavimus[l'][4]. Et quoniam in restituendis his cum sedis apostolicae studiis concordastis[m'] et[m'] concertastis[m'], ad percipiendum quoque quod deerat vestram floccipendere dilectionem satis[n'] inconveniens duximus.

cf. Hebr. 4, 12. — cf. Act. 10, 42. — cf. Eccli. 7, 36.

Innumeras nihilominus pietati[o'] vestrae grates[p'] rependimus, quoniam tanta compassionis viscera circa praedictum fratrem nostrum[q'] et[r'] coepiscopum Actardum, sicut ex relatione ipsius et ex epistolae[s'] vestrae pio affectu[t'] datur intellegi, exhibere contendit, ut dolorum et aerumnarum[u'] ipsius maximam partem se[v'] gestare luce clarius innotescat. Verum nos votis excellentiae vestrae consonantes non ducimus tantum virum et ecclesiae Christi pernecessarium debere tantis[w'] involvi miseriis vel tantis gravari, cum sit etiam aetatis maturitate maceratus, incommodis, praesertim cum et scientia non contemnenda polleat et hunc vestri regni ecclesiarum praesulum relatio non parvipendenda commendet. Qua de re, si eius ecclesia,

---

a) r *in* archi- *post. add. B.* b) *deest D.* c) bona cuncta *D.* d) invenire ad liquidum *D.* e) *deest D.* f) Hymmaro *D.* g) errori *B.* h) i *in ras. C.* i) profitiunt *B.* k) omnesque *D.* l) Rothardum *D.* m) decessert̄ *D.* n) post *C.* o) longitudinem *B, C.* p) indubię *B.* q) possunt *D.* r) migraverint *D.* s) iudica *B.* t) eum *D.* u) deicere *D.* v) ceciderit *B.* w) hunc *hic add. D.* x) conetur *D.* y) his *B, D.* z) impietate meritate *B.* a') *ead. man. in marg. add. B.* b') constituitus *B.* c') *ras. ante* non *B;* Preñ *D.* d') referimus vestrae benignitati *D.* e') benignitatis *B, C.* f') sede *B.* g') porrige *D.* h') *om. D.* i') Volfadus *D.* k') *sic B, C, D.* l') commodavimus *D.* m') concertastis et concordastis *D.* n') factis *D.* o') piaetatis *B.* p') gratis *B;* gratias *D.* q') *deest D.* r') *om. B.* s') *primum* e *superscr. B.* t') acfectu *B.* u') erumnarum *B.* v') vos *Edit.* w') *deest B, D.*

1) *Ab Ebbone consecratis.* 2) *Suessionensem episcopum (ca. 832—ca. 869, cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' III, 91). V. Karoli Calvi epistolam, Mansi XV, 797:* Nam nullus episcoporum iam superest praeter Rothadum, qui tunc ipsius causae interfuerit. 3) *Mansi XV, 800.* 4) *V. supra p. 699 ep. n. 3.*

868 Febr. 23.

ut ipsius et metropolitani proprii[1] ac multorum[a] antistitum necnon et litterarum vestrarum[2] circumstantia innuit, funditus[b] diruta et per nonnulla curricula iam in solitudinem redacta esse dinoscitur[3] (cf. Gen. 47, 19), paganis videlicet non solum transitum, sed etiam stationem ibidem[c] facientibus ac per hoc depopulatis undique locis habitatore carentibus[d], sublatis etiam a Brittonibus[e], si[f] quae remanserant, rebus, aliam ei[g], vacantem dumtaxat, concedendam decrevimus[4]. Cuius decreti necessario[h] instituto[h] libenter quaesumus[i] more solito praebete pro Christi dilectione favorem. Nec ei minorem quam sua fuerat dari volumus, cum, licet hoc ipse minime postulet — ne videlicet alicuius ambitionis fama notetur —, conveniet consequi potiorem[k]; nimirum qui inter cetera virtutum suarum insignia barbarorum[l] rabiem saepe perpessus Christum[m] confiteri non solum coram hominibus, verum etiam coram paganis et infidelibus non erubuit (cf. Matth. 10, 32. 33; Luc. 12, 8. 9). Ei ergo, cuiuscumque sint numeri, merito possunt oves Christi committi, qui ipsum Christum etiam inter gladios et vincula diversaque pericula praedicare non rennuit[n]. Unde et nos illius multiplici miseriae et diutinae[o] peregrinacioni atque continuo merori compatientes decus illi pallii solo miserationis affectu contulimus. Quod non aliter illi nec cuilibet absque metropolitis concederemus[5], nisi multotiens hunc exilia, mare, vincula passum[6], etiam ad capitalem sententiam frequenter tractum fuisse comperissemus, et nisi hoc ipse suis tantis ac talibus detrimentis, quin potius meritis, pro celerrimae consolationis solatio meruisset: ut scilicet habeat pro exilio et catena[p] pallii ornamenta, non[q] ad ecclesiae, cui incardinandus est[r], perpetuum institutum, sed ad suum specialem certique temporis usum. Potiatur igitur[s] tanti decoris ornatu, qui inter sacerdotum infulas praecipuum tenere[t] locum dinoscitur, quatinus etiam per hoc insigne vestra excellens ammoneatur industria et huius sacrati[u] muneris reverentia pium cor vestrum sollicitius ac salubrius[v] urgeatur[w], quo tantus vir vestro quoque favore vacantis[x], etiamsi se metropolis optulerit, ecclesiae moderamina consequatur[y], ad excludenda videlicet cuncta[z] contra[z] se[z] iniecta obstacula[a'] et peragenda divinitus[b'] sibi[b'] collata episcopalia ministeria. Siquidem indignum ducimus quemquam ad apostolicam sedem, ubi semper[7] catholicis subvenitur, tribulatum accedere et non[c'] consolatum[c'] recedere, praesertim cum quendam Romanorum principum, etiam a fide Christi extraneum, non debere quempiam ab imperatore tristem discedere perhibuisse quaedam fateantur historiae[d'8]. Debet enim nostra compatienti[e'] habundantia aliorum suppleri inopia (cf. Rom. 12, 15), quo valeat esse merens[f']

a) *corr. al. atram. in* multarum *C.* b) funditur *B.* c) ibi *D.* d) *sequuntur:* sublatis etiam stationem ibidem facientibus ac per hoc depulatis *(sic)* undique locis habitatore carentibus *(v. supra l. 3 sq.), sed iteratione cognita deleta sunt; deinde* sublatis etiam *recte pergit C.* e) Brittonis *B.* f) sibi *D.* g) *corr. ex* ea *B.* h) necessaria institutione *D.* i) qs̄ *B;* eqs, e *post. add. vid. C;* equum *D.* k) pitiorem *B.* l) bar- *superscr. C;* barbarum *D.* m) *sequitur rasura B.* n) *ita C; corr. in* renuit *B.* o) diutini *B.* p) cathena *B, D.* q) nam *B, D.* r) non *hic add. D.* s) ergo *D.* t) teneri *B, C.* u) *corr. ex* sacramenti *D.* v) *secundum* u *superscr. B.* w) urgueatur *C.* x) vaccantis *B.* y) -quatur *in ras. C.* z) contra se cuncta *D.* a') o *in ras. C.* b') sibi divinitus *D.* c') consolatum non *D.* d') hystorię *C, D.* e') *sic B, C, D.* f') cum moerentibus et *add. Edit.*

1) *Herardi Turonensis archiepiscopi (855/856—871, cf. Duchesne l. l. II², 311 sq.).* 2) *Mansi XV, 800:* — — funditus diruta, redacta per decennium cernitur in eremum — —. 3) *Cf. ad haec W. Vogel, 'Die Normannen und das fränkische Reich bis zur Gründung der Normandie 799—911 (Heidelberg 1906)', p. 137 sq. 222 sq.* 4) *Scripserat papae Karolus Calvus, Mansi XV, 800:* Cui quia nulla manet spes in propria, si annuit et favet vigilantissima vestrae discretionis solertia, voluntate et mente promptissima optamus vacantis sedis constituatur in cathedra — —. 5) *Cf. E. Lesne, 'La hiérarchie épiscopale en Gaule et Germanie 742—882 (Lille-Paris 1905)', p. 94 sq.; Hinschius, 'Das Kirchenrecht der Katholiken und Protestanten in Deutschland' II, 35 sq.* 6) *Cf. epist. Karoli Calvi, Mansi XV, 800:* — — exilium, vincla, mare, dura pericula passum, — —. 7) *Cf. Coelestini I. epistolam ad Constantinopolitanos, Mansi IV, 1046 (J.-K. Reg. n. 375).* 8) *Cf. Eutrop. VII, 21, 3 (M. G. Auct. antiq. II, 132) = Paul. hist. Roman. VII, 21 (Script. rer. Germanic. ed. Droysen p. 66):* [Titus] facilitatis et liberalitatis tantae fuit, ut cum nulli quicquam negaret et ab amicis reprehenderetur, responderit nullum tristem debere ab imperatore discedere, — —; *secundum Sueton. Tit. c. 8:* non oportere, ait, quemquam a sermone principis tristem discedere.

868 Febr.

cum[a] gaudentibus gaudens et non in scabellum pedum in personarum acceptione cernuus, sed consolatus queat[b] iam Deo auctore 'consolari eos, qui in omni pressura[c] sunt', per Iesum Christum dominum nostrum. (cf. Hebr. 1, 13. cf. Iacob. 2, 1. 2. Cor. 1, 4.)

Optamus[d] gloriam vestram nunc et[a] semper in Christo bene valere, dilectissime[e] fili.
5 Dat. VII. kal. Marc.[f] indictione prima.

8.

Hadrianus episcopis Suessionensis synodi (a. 866) de Actardo episcopo similia atque Karolo Calvo regi scribit; ut ipsi quoque huic rei studiose operam dent, eos admonet.

868 Febr.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 79'–80' (B); Laudun. 407 fol. 185–187 (C); Remens. 672 fol. 208₂–208'₂
10 *(D). – Vallic. J. 49.*

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 19–21; Sirmond, Conc. Gall. III, 364; Morice, 'Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne' I, 326 (Paris 1742); Mansi, Conc. coll. XV, 823; Migne, Patr. lat. CXXII, 1269. – Cf. J.-E. Reg. n. 2903 (2200).

REVERENTISSIMIS* ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS ET[a] COEPISCOPIS[a] NOSTRIS,
15 QUI PRAETERITO ANNO APUD SUESSONICAM URBEM CONVENERUNT[1].

Inter cetera, quae apostolicae sedis auctoritate in id ipsum convenientes de fratre iam et coepiscopo nostro Vulfado[b] et collegis ipsius praeterito anno synodice diffinistis[c], etiam apostolicae sedi[d] causam venerabilis[e] fratris[f] nostri[f] Hactardi, Namneticae[g] quondam urbis episcopi, seu tribulationes exposuistis[2]; simul etiam hunc mirifice commendantes, quo illi
20 a tanta sede subveniretur, unanimiter ac[h] magnopere postulastis. Quorum relationem[i] sive suggestionem tanto gratanter tantoque libenter nos, iam Deo[k] auctore[k] illius sedis licet inmerito moderamine[l] potiti[m], suscepimus[m], quanto hanc ex fraternae dilectionis affectu prodiisse luce clarius intelleximus, praecipue cum ei[n] vobiscum praecessorum meorum, Leonis scilicet et Nicolai[o] sanctissimorum praesulum, recensita scripta non parvipendendum per-
25 hibeant testimonium. Igitur illi omnium, qui[p] in concilio[q] Trecasino[3] inventi sunt, legatione fungenti et instantius pro hoc satagenti pallium fratri[r] et[r] coepiscopo nostro Vulfado sanctae Bituricensis[s] ecclesiae[t], sicuti iam per alia scripta significavimus[4], deferendum[u] commisimus. Sed quia idem reverendus antistes, ut vestra[v] relatio manifestat[w], a[w] propria ecclesia diutino iam tempore paganorum persecutione propulsus hac[x] illacque[x] peregre proficiscitur, (cf. Matth. 21, 33.)
30 huc atque illuc multis iam fessus erumnis vagabundus incedit, valde dolemus et ei fraterna vincti[y] caritate compatimur, maxime cum apostolice[z] dictum sit: 'Qui viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet[a'] in eo?' Illud[b'] sane praecipue[c'] flentes, quod tantae scientiae tantaeque[d'] morum probitatis viro sub huiusce- (1. Ioh. 3, 17.)

---

*) *Superscriptio:* Epistola Adriani papę *D.*

35 a) cum — nunc et *(infra l. 4) in ras. C.* b) quae ad *B.* c) *secundum* s *post. add. B.* d) Obtamus *B;* Oramus *D.* e) dilectissimę *B.* f) Marc̄ *B;* mar̄ *C;* Marcii *D.*

8. a) *ead. man. superscr. B.* b) Volfado *hic et infra D.* c) diffinitis *B.* d) sedis *D.* e) venebabilis *D.* f) *desunt D.* g) Nannetice *D.* h) hac *B.* i) relatione *B.* k) do auctore *B; desunt D.* l) moderamini *D.* m) suscepimus potiti *D.* n) *ita B, C, D;* et *Edit.* o) Nicholai *C, D.*
40 p) que *B.* q) consilio *D.* r) *in ras. B.* s) Bituriensis *B.* t) aecclesiae *B.* u) deferendam *B.* v) *ras. ex* nostra *corr. ut videtur C.* w) manifestata *B.* x) hanc illamque *B.* y) victi *C.* z) apostolicaę *B.* a') erit *D.* b') Illuc *D.* c') p̄cipue (a *superscr.*) *C.* d') tantę *D.*

1) *866 Aug. 18. — Laudatur haec epistola ab Hincmaro, Ann. Bertin. a. 868 ed. Waitz p. 91 sq.:* tertiam autem archiepiscopis aliisque episcopis Cisalpinis detulit, ut, quia isdem Actardus pro paganorum
45 infestatione et Brittonum oppressione in sua civitate manere non poterat, si locus eveniret, etiam de metropoli isdem Actardus in vacante civitate pastore auctoritate apostolica ab episcopis provinciae ipsius incardinetur. 2) *Mansi XV, 732 sq.* 3) *Cf. supra p. 699 ann. 1.* 4) *Ep. n. 3 p. 699.*

868 Febr. modi[a] praetextu vacante[b] maximum dispendium dominicis[c] ovibus[d] generetur, dum scilicet utilitas[e], quae per hunc ecclesiae[f] Christi provenire[g] poterat, tantis iam temporibus excludatur.

Qua de re secuti[h] praedecessorum patrum instituta et apostolicae sedis exempla pontificum praecipueque beati papae[i] Gregorii, qui circa huiusmodi, quae nos[k] hunc[l] erga praefatum antistitem[m] Deo favente statuimus, saepe statuisse[n] dinoscitur[1], decernimus hunc sanctissimum crebro dictum fratrem nostrum et coepiscopum Hactardum ecclesiae[o], quae forte[p] suo[p] fuerit[p] viduata rectore, penitus[q] incardinari, quatinus in ea constitutus et officia episcopalia, quae per impositionem manus accepit, exerceat et pastorale[r] ministerium sollempniter agens oves[s] dominicas sapientiae sibi divinitus adtributae sale condiat et de hac[t] lucrum[u] conditori suo sine quolibet impedimento reportet. Si tamen eius[2] ecclesia[v], ut ipsius et metropolitani[w] proprii ac[x] litterarum vestrarum circumstantia innuit, funditus diruta et per nonnulla curricula iam[y] in solitudinem redacta esse dinoscitur[z], paganis[a'] videlicet non solum transitum, sed etiam stationem ibidem facientibus ac[b'] per hoc depopulatis undique locis[c'] habitatore carentibus[d'], sublatis etiam a Brittonibus sibi quae remanserunt rebus, nec ei minorem quam sua fuerat dari volumus, cum, licet hoc ipse minime postulet, ne videlicet alicuius ambitionis fama notetur, etiam si se metropolis fortassis obtulerit, conveniat consequi potiorem; nimirum qui[e'] inter cetera[f'] virtutum suarum insignia barbarorum[g'] rabiem saepe perpessus Christumque[h'] confessus iam nunc[i'] Deo iure dicere debeat: 'Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuae[k'] laetificaverunt animam meam.' Pro cuius rei obtinendo prorsus effectu dilecto filio nostro Karolo glorioso[l'] regi preces[m'] direximus[3] et ecce vestram[n'] unanimem caritatem, quo pietatis[o'] huius operis favorem et studium curetis indeficiens[p'] praestare, praesentibus hortamur affatibus. Et, ut nostram[q'] vultis[r'] erga vos in oportunitatibus adesse[s'] benivolentiam, ita vestra[t'] erga hunc fratrem, cui manum porrigimus, vobis[u'] quoque[u'] manum porrigentibus, donec quod decrevimus effectum capiat, promptissima[v'] patescat industria. Siquidem et nos illius multiplici miseriae et diutinae peregrinationi atque continuo merori conpatientes decus illi pallii[w'] solo[x'] miserationis affectu contulimus. Quod non aliter illi nec cuilibet absque metropolitis concederemus, nisi multotiens hunc exilia, mare[y'], vincula passum, etiam ad capitalem sententiam frequenter tractum[z'] fuisse comperissemus, et nisi hoc ipse suis tantis ac[a*] talibus[a*] detrimentis, quin potius meritis[b*], pro celerrimae consolationis solatio meruisset: ut scilicet habeat pro exilio et catena pallii ornamenta, non[c*] ad[c*] ecclesiae[d*], cui incardinandus[e*] est, perpetuum institutum, sed ad suum spetialem certique temporis usum. Siquidem indignum ducimus quemquam ad apostolicam sedem, ubi semper[4] catholicis subvenitur, accedere tribulatum et non ex quavis parte consolatum recedere. Debet enim nostra compatienti[f*] habundantia aliorum suppleri[g*]

cf. Gen. 47, 19. — Ps. 93, 19. — cf. Eccli. 7, 36.

a) huiusce (h *superscr.)* modo *B.* b) *ita B, C, D;* vagante *Edit.* c) dominibus *B.* d) *deest B.* e) *corr. ex* utilitatis *B.* f) aecclesiae *B.* g) praevenire *B.* h) sicuti *D.* i) papa *B.* k) s *superscr. ead. man. C.* l) *ita B, C, D;* nunc *Edit.* m) antistititem *D.* n) *corr. B.* o) aecclaesiae *B.* p) fuerit forte suo *D.* q) poenitus *B.* r) pastoralem *B, C.* s) *corr. ex* ovas *D.* t) ac *B.* u) *corr. pro* lucro *C.* v) aecclaesia *B.* w) metropolitati *B.* x) hac *B.* y) *deest D.* z) cognoscitur *D.* a') paganos *B, C.* b') hac *B.* c') *om. B.* d') credentibus *B.* e') quae *B.* f') cętera *B.* g') babarorum *D.* h') Christum *D.* i') vere *add. D.* k') domine *add. C.* l') *corr. D.* m') pręces *B;* p̄ces *C.* n') vestra *superscr. B.* o') piętatis *B.* p') indefitiens, *secund.* n *superscr. B.* q') nostra *B.* r') multis *B.* s') esse *B, D.* t') vestram *B.* u') vobiscumque *B, D.* v') proptissima *B, C.* w') palli *B.* x') sola *B.* y') male *B.* z') *corr. D.* a*) actibus *B;* auctus *vel* auctas *D.* b*) *deest D.* c*) nam de *B.* d*) aecclesiae *B.* e*) cardinandus *B, C.* f*) *sic B, C, D.* g*) supleri *C.*

1) *Cf. Gregor. M. Registr. I, 77, II, 17, II, 37, III, 13, MG. Epist. I, 96 sq., 114, 132 sq., 172 sq. (J.-E. Reg. nn. 1146, 1169, 1191, 1217). V. etiam Lib. diurn. 8 ed. Sickel p. 7 sq.* 2) *Haec ad verbum fere iterantur ex ep. n. 7 supra p. 705 sq.* 3) *Ep. n. 7, cum qua sequentia fere concordant (v. supra p. 706).* 4) *Cf. supra p. 706 ann. 7.*

868 Febr. 25.

inopia, quo[a] valeat esse merens[b] cum gaudentibus gaudens et consolatus queat iam Deo[c] auctore 'consolari eos, qui in omni pressura[d] sunt', per Iesum Christum dominum nostrum[e].

cf. Rom. 12, 15. 2. Cor. 1, 4.

9.

Hadrianus Actardo episcopo Namnetensi pallium concedit.

5 *868 Febr. 25.*

Cod. Paris. lat. 1557 fol. 89–89' (B). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 31–33; Sirmond, Conc. Gall. III, 369; Bouquet VII, 445; Morice, 'Mémoires pour servir de preuves à l'histoire de Bretagne' I, 325; Mansi, Conc. coll. XV, 828; Migne, Patr. lat. CXXII, 1271; Bullarium Romanum (Taurin. Edit. 1857) I, 331. — Cf. J.-E. Reg. n. 2904 (2201).

10 HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO HACTARDO SANCTAE ECCLESIAE NAMNETICAE, DIEBUS VITAE TUAE TANTUMMODO[1].

Si secundum divinae pietatis viscera circa neminem consistit reprehensibilis quantacumque miseratio, quanto potius erga illos exibenda est totius caritatis affectio, qui circa divinum cultum[a] inreprehensibiles apparentes diversarum dein temptationum exercitia per-15 tulerunt nec tamen in temptationibus[b] Christo propitio defecerunt? Qua de re benedicimus Deo patri domini nostri Iesu Christi, Deo scilicet 'totius consolationis[c], qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt'. Tibique, frater Hactarde, qui dira fatigatus et diuturna captivitatis miseria quassatus[d] nec inter cuneos barbarorum nec inter enses[e] infidelium defecisti, quin etiam Dei providentia 20 mirabiliter erutus[f] et liberatus circumquaque peregrinando procul a propria ecclesia, procul a notis et proximis, propter eorundem rabiem barbarorum et continuam Brittonum oppressionem, quibus, heu, nimium vicinus[g] esse nosceris, et pene peius ab eis quam a piratis insecutionem pateris, curriculis iam multis incedis, decus pallii pro Dei solius amore, quem inter furentium paganorum manus et gladios confessus es, praevidimus concedendum. Quo 25 videlicet pallio, cum fueris auctore Deo[h] nostroque decreto aliquem vacantem adeptus episcopatum[2], sciens[i] a nobis eidem te stabiliter incardinatum, vel si contigerit forsan in proprio, certis valeas uti temporibus. Quod[3] non aliter tibi nec cuilibet absque metropolitis concederemus, nisi multotiens exilia, mare, vincula passo, etiam ad capitalem sententiam frequenter tracto teste tuo metropolitano, qui et id nobis litteris innotuit et tibi spem in 30 sede propria non superesse signavit[k], hoc tua ad[l] celerrimae[l] consolationis solatia tanta exigerent detrimenta, quin potius merita: ut videlicet habeas pro exilio et catena pallii ornamenta, non in[m] tuae ecclesiae perenne decretum, sed ad tuum certo tempore vitaeque praesentis specialiter usum.

2. Cor. 1, 4.

Utere igitur annuente Deo pallio a nobis tibi solo miserationis et consolationis affectu 35 collato et, nisi sedis apostolicae praesulibus ingratus extiteris, praenotato[n] tenore illius, dum vixeris, ornare decore. Quod tamen fraternitati[4] tuae ad missarum sollempnia tantum celebranda concedimus: in die dumtaxat sanctae ac venerandae domini nostri Iesu resurrectionis ac nati-

a) que *D.* b) cum moerentibus et *add. Edit.* c) *om. B.* d) praessura *B.* e) Amen *add. D.*
9. a) *marg. dext. fol. 89 ex parte del. B.* b) in *add. B.* c) consulationis, *ut vid., B.* d) *corr.* 40 *ex* quassatis *B.* e) *corr. B.* f) *corr. B.* g) *corr. ex* vicinis *B.* h) Dei *B.* i) *sic B.* k) *sic B.* l) a cellerrime *B.* m) *fol. 89' sinist. marg. ex parte del. B.* n) praenotate *B.*

1) *Quamobrem hanc pallii concessionem inter epistolas receperim, supra p. 694 in praefatione exposui.* 2) *Cf. Graf von Hacke, 'Die Pallienverleihungen bis 1143 (Göttingen 1898)' p. 103.* 3) *Cf. supra ep. n. 7 p. 706 l. 14 sqq.* 4) *Cf. Nicolai I. pallii concessiones pro Rimberto Bremensi archiepiscopo, Curschmann,* 45 *'Die älteren Papsturkunden des Erzbistums Hamburg' p. 26 sq. n. 6 (J.-E. Reg. n. 2798), et pro Adalwino Iuvavensi archiepiscopo, 'Salzburger Urkundenbuch' ed. Hauthaler et Martin II, 36 n. 19 (J.-E. Reg. n. 2681; Brackmann, German. pontif. I, 11 n. 17) = 'Salzburger Urkundenbuch' II, 27 sq. n. 13 (J.-E. Reg. n. 2580; Brackmann, German. pontif. I, 10 n. 14).*

868 Mart. 8.

vitatis seu ascensionis die[a] et in assumptione beatae Dei genetricis semper virginis Mariae seu in nataliciis[b] beatissimorum apostolorum sive in nativitate sancti Iohannis Baptistae necnon et in natali[c] sancti Christi confessoris Martini die pariterque in sollempnitatis ecclesiae tuae die, verum etiam et in ordinationis tuae natalicio concedimus die, sicuti a beatissimo praedecessore nostro Gregorio huius apostolicae sedis praesule sancitum est[1]. In secretario vero induere tua fraternitas pallium debeat et ita ad missarum sollempnia proficisci et nihil sibi amplius ausu temerariae praesumptionis adrogare, ne, dum in exteriori habitu inordinate aliquid arripitur, ordinate etiam quae licere poterant amittantur.

Si quid autem de rebus Namneticae dioceseos tam a depopulatione[d] nefandae gentis Nortmannicae quam a Brittannorum[e] subreptione remansit, ad tuam decernimus pertinere sollicitudinem. Porro censemus apostolicaeque[f] institutionis auctoritate diffinimus, ut nullus metropolitanorum antistitum vel ceterorum episcoporum in controversia criminis, si sedem appellaveris apostolicam vel eius speciali expetieris[g] audiri vel discuti fortassis examine, praesumat de te proferre non nostro praemisso decreto iudicium, sed apostolicae sedis tantum reserveris examinandus vel iudicandus incunctanter arbitrio, cuius videlicet decreto vel largitate vacanti ecclesiae incardinatus et palliatus esse dinosceris[2].

Scriptum per manum Zachariae notarii regionarii et scriniarii sanctae Romanae ecclesiae in mense Februario indictione prima. Bene vale.

V. kalendarum[h] Marciarum per manus Anasthasii bibliothecarii[3] sanctae summae sedis apostolicae, imperante[i] domino nostro piissimo perpetuo[k] augusto Hludouuico[4] magno imperatore anno nono decimo et post consulatum eius anno XVIII. indictione prima.

10.

Hadrianus Hincmarum archiepiscopum multis laudibus efferens adhortatur, ut eam, quam sub antecessoribus suis in causa Lotharii regis praebuerat sollertiam, adhibere pergat. Actardum episcopum commendat. *868 Mart. 8.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 81'—82 (B); Laudun. 407 fol. 190—191' (C); Remens. 672 fol. 209_1—209_2 *(D). — Vallic. J. 49.*

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 27—28; Sirmond, Conc. Gall. III, 367; Mansi, Conc. coll. XV, 826; Migne, Patr. lat. CXXII, 1272. — Cf. J.-E. Reg. n. 2905 (2202).

REVERENTISSIMO * ET SANCTISSIMO CONFRATRI[a] NOSTRO HINCMARO[b] ARCHIEPISCOPO REMENSI[5].

Licet frequens sanctitatis tuae fama, quae numquam nisi cum laude semper existit, te nobis dudum fecerit manifestum, tamen ut[c] virtutum probabiliumque morum tuorum

---

*) *Superscriptio:* Item cuius supra *D.* — *Al. man. superscr.* Hadrianus *C.*

a) diae *B.* b) *tert.* i *post. add. B.* c) natalis *B.* d) *secund.* p *ex* l *corr. B.* e) Brittanorum *B.* f) apostolicę *B.* g) expecioris *B.* h) kl lendarum *B.* i) Imp̄ *B.* k) p̄p̄ *B.*

10. a) con- *superscr. C.* b) Hincmari *B;* Hyncmaro *D.* c) ad *B, C;* probabilium *add. D.*

1) *Gregor. M. Registr. V, 11, MG. Epist. I, 292 (J.-E. Reg. n. 1326). Cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' II, 27. 30sq. V. etiam W. M. Peitz, 'Liber diurnus' I in 'Sitzungsberichte der Kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, Philos.-hist. Klasse 185. Band, 4. Abhandlung' p. 95sq. (1918).* 2) *Cf. E. Lesne, 'La hiérarchie épiscopale' p. 96 cum ann. 2.* 3) *Cf. supra p. 698 ann. 1. E. Perels, 'Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius (Berlin 1920)' p. 231sq.* 4) *II.* 5) *A. 845—882. — Mentionem facit huius epistolae ipse Hincmarus in Ann. Bertin. a. 868 ed. Waitz p. 91 his verbis:* alteram autem epistolam Hincmaro detulit laudibus et fidelitatis dilectione repletam, et ut eius vice in istis partibus de Hlothario fungeretur *(v. infra p. 711 l. 12 cum ann. 4). Laudatur etiam apud Flodoardum, Hist. Rem. eccl. III, 21, MG. SS. XIII, 515:* cui etiam mittens epistolam suam per Actardum Namnetensem episcopum laudibus plenam delegavit, ut eius vice in istis partibus super Lotharii causa fungeretur, quatinus quod inde Nicolaus papa decreverat servaretur, *et III, 23, MG. SS. XIII, 531, cf. infra p. 711 ann. 3. Cf. Dümmler II², 230; Schrörs, 'Hinkmar Erzbischof von Reims' p. 292; Parisot p. 312; Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 230sq.*

868 Mart. 8.

praedicamenta liquidius agnosceremus, fratrum nostrorum, videlicet Arsenii[1] venerabilis apocrisiarii[a] sedis nostrae, quin et Actardi, sanctissimorum[b] praesulum, necnon et dilectissimi filii mei sanctae sedis apostolicae bibliothecarii fecit[c] Anastasii[c 2] multis praeconiis plena delectabilisque[d] relatio. Qua de re sic animam meam tuae dilectionis ardorem concepisse cognosce[e], tamquam si millies mutuis frueremur alloquiis. Habeto ergo nostrae repromissionis pignus[f] et in nobis, ut[g] in nostris antecessoribus, fidutia tota prorsus innitere. Praeterea[h] sanctitas tua bene novit, quanta sedes habuerit[i] apostolica in causa Hlotharii[k] regis certamina[3] et[l] per[l] praesules[l] suos, Benedictum scilicet et Nicolaum, quot[m] hinc labores adsumpserit. Unde[n] nos, habentes eundem spiritum, quem et idem patres nostri habuisse probati sunt, eadem hinc quae[o] illi[o] sequimur et decernimus. Quamobrem tuae fraternitatis industriam specialiter ammonemus, uti[p] quod super hoc olim[q] negotio[r] gessistis[s t] studium[u] nullatenus enervare[v] consentias, sed vice nostra[4] fretus coram regibus et praesidibus de testimoniis Domini loqui ne[w] cesses, ita ut, quod auctore Deo destructum est, nullis dolose machinantium reaedificari valeat argumentis. In quo videlicet pietatis[x] opere, quia de regibus idem dilectus filius noster Karolus[y 5], de sacerdotibus vero tu potissimum sedi apostolicae sedule laboranti concurristis et concertastis, tuam proprie[z] cohortamur insignem sollertiam, quo et ipsa[a'] pravis viriliter obviet et praedictum piissimum regem, uti consummet bonum, quod inchoaverat, indesinenter commoneat, quatenus et variarum virtutum vestrarum tunica usque ad talos pertingat et sacrificium boni vestri operis Deo[b'] cum cauda oblatum[c'] holocaustum effici mereatur necnon et illud de vobis dicatur, quod de Iob sancto, dum[d'] a divinis non cessaret obsequiis, scriptis asseritur; videlicet ubi non legitur: 'Quia sic fecit Iob per aliquot[e'] dies', sed: 'Sic faciebat Iob cunctis diebus.' Nam et sancta animalia[f'] non post se, sed ante se gradi visa sunt, cum incederent.

[cf. Ezech. 47, 3.] [Iob. 1, 5.] [cf. Ezech. 1, 9.]

Porro Actardum venerabilem episcopum fraternae[g'] caritatis[h'] ulnis amplectere et[i'] in oportunitatibus pro beatorum principum[k'] apostolorum amore semper auxiliare[l'] memento. Verum non haec ideo dicimus, quasi te ille sibi compassum et misertum fuisse non praedicet, sed ut, quod nunc usque[m'] proxime fecisti caritatis[n'] intuitu, nunc etiam primorum perficias[o'] apostolorum, ad quorum limina festinavit ac praesidium postulavit, dilectionis affectu[p']. Insta igitur oportune[q'] inportune et, quia propria caret, apud dilectissimum iam fatum filium nostrum excellentissimum regem Karolum nostra[r'] vice impetrare[s'] studeto, uti suo quoque favore vacans ei episcopalis, etiamsi se[t'] metropolis obtulerit[6], ecclesia tribuatur. Fortis[u'] enim domini bos[u'] ipso[v'] auctore consistit, et ideo plurimae segetes ei ad triturandum[w'] procul

[cf. 2. Tim. 4, 2.] [cf. 1. Cor. 9, 9; 1. Tim. 5, 18.]

---

a) apochrisarii *D.* b) sanctisimorum *B.* c) Anastasii fecit *D.* d) dilectabilisque *B.* e) agnosce *D.* f) pignus *D.* g) et *D.* h) Propterea *B.* i) *om. D.* k) Lottarii *D.* l) *bis in D.* m) quod *B.* n) et *add. D.* o) qui illi *B;* qua *D.* p) ut *D.* q) *hic om. D.* r) *prim.* o *al. man. corr. ex* a *C.* s) *ita B, C, D;* gessisti *Edit.* t) olim *hic add. D.* u) negocium *D.* v) *ita B, C, D;* enervari *Edit.* w) non *D.* x) piaetatis *B.* y) Kalolus *D.* z) propriae *B.* a') *deest D.* b') *hic om. D.* c') Deo *hic add. D.* d') *corr. ex* ad *B.* e') *corr., ut vid., ex* aliquod *B;* aliquos *D.* f') *corr. C.* g') supernę *D.* h') c *corr. pro* k *B.* i') *om. D.* k') *deest D.* l') *ita B, C;* auxiliari *D.* m') hucusque *D.* n') a caritatis *D.* o') facias *D.* p') effectum *B, D;* affectum *C.* q') oportunę *B.* r') *corr. ex* vestra *D.* s') inpetrare *B.* t') *om. B, C.* u') Fortis — bos *in ras. C.* v') ipse *B.* w') trituram dō *B, C;* trituram dū *D.*

1) *Ortensis episcopi (sed. 855, † 868).* 2) *Cf. supra p. 710 cum ann. 3. Lapôtre l. l.* 3) *Hunc locum laudat Flodoardus, Hist. Rem. eccl. III, 23, MG. SS. XIII, 531:* presertim cum nuper domnus Adrianus litteras ei suae auctoritatis per Actardum Namnetensem episcopum miserit, in quibus significaverit se certamina, quae sedes apostolica per antecessores suos Benedictum et Nicolaum in hac causa certaverat, sequi, monens eum, ut quod super hoc negocio gestum est nullatenus enervari consentiat. 4) *De Hincmari interpretatione huius* vice nostra *(v. supra p. 710 ann. 5) refutanda cf. Weizsäcker, 'Hinkmar und Pseudo-Isidor' in 'Zeitschrift für die historische Theologie' XXVIII, 414 (1858); Parisot l. l. ann. 4. V. etiam infra l. 30:* nostra vice impetrare studeto *necnon ep. n. 18 p. 720 l. 29 sq.* 5) *Calvus.* 6) *Cf. supra ep. n. 7 p. 706 l. 23, ep. n. 8 p. 708 l. 17.*

Prov. 14, 4. dubio committi debentur. Nam scriptum est: 'Ubi plurimae[a] segetes, ibi manifesta fortitudo boum.'

868 (ca. Mart. 8).

Optamus fraternitatem tuam nunc et semper in Christo bene valere.

Dat. VIII. idus Marc. indictione[b] prima[b].

11.

Fragmentum epistolae Hadriani Salomoni Britannorum regi directae.

868 (ca. Mart. 8).

Codd. Salisburg. S. Petri a. IX. 32 fol. 207 (B); Trever. 927 (antea 1362) fol. 201—201' (C).

Edd. Sirmond, Conc. Gall. III, 684 (qui haec praemittit: 'Profert et Hincmarus Laudunensis in priori defensione sua locum ex altera eiusdem argumenti ad Salomonem eumdem epistola Hadriani papae non edita'. Unde sumpserit textum Sirmondus, lucide non perspicimus; nam in Hincmari Laudunensis operibus editis non invenitur. Sed pittaciolum Hincmari — id est illa 'prior defensio' — non multo ante in ipso cod. Salisburg. supra memorato exhiberi me docuit E. Seckel. Cf. Phillips loco statim laudando XLIV, 482 sqq.); Phillips, 'Der Codex Salisburgensis S. Petri IX. 32, Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissenschaften, Philos.-Hist. Klasse' XLIV, 494 sq. (1863); Hinschius, Decretales Pseudo-Isidorianae et Capitula Angilramni p. 769 (1863). — J.-E. Reg. deest.

Sacerdotes*[1] vero vobis vicinarum[a] dioceseon super se alios deplorant superpositos sacerdotes Brittanicos, si tamen sacerdotes et non magis pervasores et sacrilegos tales dixerim[b], qui etiam, si quaedam habent negotia, non ad concilia episcoporum occurrere permittuntur, sed contra sacros canones et venerandas[c] leges ad saecularium tribunalia pertrahuntur[2] nec suscipiunt episcopale institutum, sed illatum contra regulas populare incurrunt iudicium, et ipsis morte praeventis rapitur, si quid[d] remanserat[3], subsidium. Iudicantur etiam episcopi a lectoribus et laicis hominibus, quos non[e] oportuit nisi[f] canonicis legibus et metropolitanis aut nobis praesentibus saltim[g] examinari, dicente Domino per prophetam: 'Nolite tangere christos meos et in prophetis meis nolite malignari', et iterum[h]: Qui vos tangit, quasi qui tangat pupillam oculi mei.

1. Par. 16, 22. Ps. 104, 15. — cf. Zach. 2, 8.

---

*) *In codicibus B et C necnon apud Sirmondum praecedunt haec — quae ex parte etiam continet cod. Monaster. VII 5201 (olim Corbeiensis, tum Patherbrunnensis) s. X. p. 87 (D):* Sed et[i] praesentis[k] domnus papa Hadrianus[l] temporis[m] istius eiusdemque Hadriani[n 4] tam nomine quam merito sui praedecessoris[o] aptus executor et persecutor[m] haec exempla[p] nuper ad Salomonem[q 5] ducem Brittanorum[r] destinata sui suorumque officii non inmemor[s] observanda[t] mandavit[u] ac[v] mandata nobis obsequenda propinavit[v] et cunctis imitanda exercuit pro[w] loco, quo ait[w].

a) *corr. ex* pulrimę *C.* b) *desunt D.*

11. a) vicinorum *B.* b) diximus *Sirm.* c) venerabiles *Sirm.* d) quod *Sirm.;* quidem *Hinschius.* e) *om. B.* f) *om. B.* g) saltem *Sirm.* h) itē *B.* i) ex *C.* k) praesenti *C;* praesens *D, Sirm.* l) Adrianus *B, D.* m) temporis — persecutor *(l. 29) desunt D, Sirm.* n) Adriani *B.* o) pręcessoris *B.* p) ex epistola sua *C;* ex epistola *Sirm.* q) Salamonem *B.* r) Britannorum *D.* s) immemor *D.* t) *om. Sirm.* u) *cetera desunt Sirm.* v) ac — propinavit *desunt B, D.* w) pro — ait *desunt D.*

1) *Memoratur epistola Hadriani II.* Salomoni duci et populo Brittanorum *directa, cuius exemplar Actardus episcopus secum detulit, in sequenti ep. n. 12 p. 713 l. 27 (868 Mart. 8); fragmentum illius in hoc textu asservatum ideoque istam epistolam inter Nov. 867 et Mart. 868 ponendam esse iam Phillips l. l. p. 495 coniecit. V. etiam infra ann. 3. — De his coniungendis — vel non coniungendis — cum Capitulis Angilramni q. d. cf. J. Langen, 'Historische Zeitschrift' XLVIII, 482 sq. (1882); E. Dümmler, 'Sitzungsberichte der Berliner Akademie der Wissenschaften, Philos.-Hist. Klasse' 1899 p. 755; H. Schrörs, 'Historisches Jahrbuch' XXII, 26 ann. (1901); E. Seckel, 'Realenzyklop. f. protest. Theol. und Kirche' XVI³, 290 (1905).* 2) *Ex 'canonibus' conc. Aurelian. III. a. 538 c. 35 (32), MG. Conc. I, 83, conc. Francof. a. 794 c. 39, MG. Conc. II, 170, ex 'legibus' Admon. general. a. 789 c. 38, MG. Capit. I, 56, Capit. Mantuan. II c. 1, MG. Capit. I, 196, ad hunc locum conferenda esse mecum E. Seckel communicavit. V. etiam Nicolai I. responsa ad consulta Bulgaror. c. 70 et c. 83 supra p. 592. 595.* 3) *Cf. supra ep. n. 7 p. 706 l. 4 sq.:* sublatis etiam a Brittonibus, si quae remanserant, rebus; *ep. n. 8 p. 708 l. 15; ep. n. 9 p. 710 l. 8 sq.:* Si quid — — — remansit. *Langen l. l. p. 483.* 4) *I. (772—795), auctoris commenticii Capitulorum Angilramni.* 5) *A. 857—874.*

12.

Hadrianus Herardum Turonensem archiepiscopum rogat, ut monasterium quoddam, quod antea Actardus in dioecesi sua tenuerit, ei concedat. Salomoni duci et populo Britannorum de privilegiis Turonensis ecclesiae se scripsisse significat. *868 Mart. 8.*

868 Mart. 8.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 82 (B); Remens. 672 fol. 209_2 (C). — Vallic. J. 49; Turonensis hodie latens (quo usi sunt Martène et Morice).

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 29—30; Sirmond, Conc. Gall. III, 368; Martène, Veterum scriptorum et monumentorum collectio nova I, 49 (Rotomagi 1700); Martène et Durand, Thesaurus novus anecdotorum III, 865 (Lutetiae Parisiorum 1717); Morice, 'Mémoires pour servir de preuves à l'histoire de Bretagne' I, 324; Mansi, Conc. coll. XV, 827; Migne, Patr. lat. CXXII, 1274. — Cf. J.-E. Reg. n. 2906 (2203).

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI ERARDO ARCHIEPISCOPO TURONICO[a 1].

Miserias et diras[b] calamitates Actardi communis[c] fratris et coepiscopi[d] non est exponendi tuae reverentiae ulla necessitas, quippe cum ipsa, utpote in his socia[e] et pene semper contigua[f], earum liquidius nobis experientiam habeat, ut, sicuti de sanctimonia sua credendum est, immo ut ipso antistite referente[g] comperimus, eius continuis erumnis non modice compassa sit et miserta. Verum quia nostris se[h] petiit[h] apud dilectionem tuam litteris adiuvari et apostolorum principum, quorum praesidia tanto labore tantoque studio requisivit, amoris intuitu sibi quandam proprie[i] voluit consolationem conferri, caritatem tuam his hortamur[k] et deprecamur apicibus, ut inter alia benefitiorum tuorum sibi collatorum insignia monasteriolum[l] illi[l], quod olim in diocesi sua[m] tenuisse dinoscitur, tua nunc consequatur ob amorem iam memoratorum apostolorum largiente benivolentia, quatinus qui suis valde destitutus[n] esse comperitur[o] hinc saltem alicuius[p] sustentationibus adipisci queat suae vitae subsidium. Quod te negaturum profecto non credimus, si quam sit a fratre frater adiuvandus (cf. Prov. 18, 19.) intenta mente consideres, si quam sit indignum, ut, quod a benignitate tua intuitu tantorum apostolorum dilectionis deposcitur, petitor minime[q] consequatur, sollers[r], sicut decet, perpendet industria.

De his vero, quae de ecclesiae tuae vel dioceseos[s] privilegiis idem venerabilis Actardus praecipue[t] suggessit, Salomoni duci[2] et populo Brittannorum sufficienter descriptis[u] — quod etiam in exemplar[v 3], quod secum idem[w] antistes[x] deferet, experientia tua quibit agnoscere: nihilque, quod contra rationem postulabunt[y], si fortassis ad nos eorum aliqui venerint, agnoveris eos a nobis opitulante Domino posse[z] penitus adepturos.

Obtamus fraternitatem tuam in Christo bene valere.

Dat. VIII. idus Marc. indictione prima.

13.

Hadrianus Adoni archiepiscopo Viennensi ut decreta Nicolai papae immutata serventur suadenti respondet se studium decessoris sui approbare eandemque voluntatem habere, sed illa in nonnullis rebus pro tempore moderanda esse, non cassanda. *868 Mai. 8.*

---

*) *Superscriptio:* Item cuius supra *C.*

12. a) Turonensi *C, Mart.* b) dira *B.* c) et *add. C.* d) nostri *add. C.* e) sotia *B.* f) conticua *B;* continua *C.* g) referentur *B.* h) sepe ut *B;* saepe et *Mart.* i) propriae *B.* k) h *superscr. B.* l) *ita B, C;* monasterium illud *Mart.* m) tua *C, Mart.* n) destituitur *B.* o) probatur *C.* p) alienis *Mart.* q) *secund.* i *ex* e *corr. B.* r) sollertis *B;* solerti *Mart.* s) diocaeseos, *ut vid., B.* t) *om. Mart.* u) *ita B, C;* descripsimus *Mart.* v) *sic B, C;* exemplari *Mart.* w) *sequitur rasura B.* x) *om. Mart.* y) postulabant *C.* z) *ita B, C;* fore *Mart.*

1) *'Tours'. Cf. supra p. 706 ann. 1.* 2) *V. supra p. 712 ann. 5.* 3) *V. praecedens fragmentum n. 11 p. 712 cum ann. 1.*

868 Mai. 8.

Cod. Vatic. Reg. lat. 566 fol. 63'. 65 (B).

Edd. Labbe-Cossart, Concil. VIII, 939; Mansi, Conc. coll. XV, 859; Migne, Patr. lat. CXXII, 1274. — Cf. J.-E. Reg. n. 2907 (2204).

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS[a] SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ADONI ARCHIEPISCOPO VIENNENSI[1].

Epistolam sanctitatis tuae[2] magna cum exultatione suscepi et relegens innumeras omnipotenti Deo grates exsolvi, quia creditae speculationis officium[b] non torpori tradere consentis, sed strenue cunctis, quam sit a sanctae ecclesiae rectoribus sollicitius exercendum, studio non contempnendo[c] demonstras. Ecce enim pro domo Domini non segnis paterfamilias satagis, cuius nimirum zelo comederis; ecce pro civitate Dei ut fortis propugnator sollicitaris, cuius profecto quae ad pacem sunt rogare non desinis. Igitur quae pro privilegiis ecclesiae Romanae vel decretis decessoris mei apostolicae memoriae papae Nicolai sine mutilatione servandis hortaris, laudamus, quae suades admittimus et quae mones penitus approbamus[3]. Siquidem acta praefati pontificis tanto a nullo patimur quolibet pacto convelli, quanto ipse nobis post longa tempora inter nubila praesentis vitae quasi quoddam novum sidus apparens[4] et vitae vel doctrinae suae fulgore auctore Deo errorum tenebras abigens non quod abolendum, sed quod imitandum[d] sit et fecit et docuit. Denique quis, etiam si nihil aliud rationis obstaret[e], eius aliqua cassari permitteret, nisi qui sua quandoque infirmanda docere voluisset[5]. Nam, ut beatus papa docet Gregorius[6], **nimis est asperum et praecipue bonis sacerdotum moribus inimicum niti[f] quempiam quacumque rationis excusatione et quae bene sunt ordinata rescindere et exemplo suo docere ceteros sua quandoque post se constituta dissolvere.**

(cf. Ps. 68, 10; Ioh. 2, 17. — cf. Luc. 14, 32.)

Sane si forte sunt, quae idem sacratissimus et vere Deo plenus antistes pro temporis vel causarum qualitate magistra aequitate gessit, veluti si[g] quemquam zelo iustitiae[h] studio corrigendi percussit, et nos ea rursus pro temporis aeque[i] vel causarum imitatione[k] aliter moderando mitigamus[7], non illa cassare, sed quae ipse coepit[l] consummare dinoscimur[m]. Nam etsi ille vulnus aspero medendi genere curare coepit[n] et nos leni fomento illud ad sanitatem perducere satagimus[o], utrique non diversum, sed unum studium gerimus; quia et ille quae tunc congruere praespexit[p] adhibuit et nos quod nunc aptum fore consideramus apponere non renuimus. Si igitur ille a lenibus inciperet, non sanaret; si vero nos asperis dandam filo tenus operam iudicaremus, nihilominus ad sanitatis vota nullomodo pertingeremus. [Si[q] e]rgo[q] te scandalizat diversitas medicamentorum, cum debeat magis aedificare una eademque intentio[r] medicorum, immo sanitas aegrotorum, quia et ipse, si curatio languentium accessisset inter sanos et providentia divina curatos, hos recipere nullatenus cont[em]psisset[s]. Legerat enim et inter alia innumera[t] huiusmodi documenta pleniter noverat dicente Domino: 'Videte, [videte quoniam][u] ego sum Deus. Ego occidam et vivere faciam,

(Deut. 32, 39.)

13. a) *superscr. B.* b) *corr., ut vid., ex* officii *B.* c) p *post. del. vid. B.* d) immitandum *B.* e) obstare *B.* f) nisi *Edit.* g) *vix legi potest B.* h) iusticię *B.* i) ęque *B.* k) immitatione *B.* l) cepit *B.* m) dinoscimus *B.* n) o *superscr. B.* o) satagimur *B.* p) pręspex *B.* q) *ita Edit.; fere evanuerunt B.* Non ergo te scandalizet *conicit Mercati.* r) inventio *Edit.* s) *ita Edit.; uncis inclusa non iam legi possunt; decem fere litterae cancell. inter* t *et* [em]psisset *B.* t) *deest Edit.* u) *membran. del. B; sic — non solum* quoniam, *ut habent priores editiones — Hadrianum scripsisse, cum exciderint 12—13 litt., bene suspicatur Mercati, cf. Sabatier, Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae I, 391 (Deut. 32, 39).*

1) *De hac epistola cf. W. Kremers, 'Ado von Vienne' I, 44, qui eam ab Anastasio bibliothecario dictatam esse merito suspicatur; Dümmler II², 225sq.* 2) *Quae est deperdita.* 3) *Cf. supra ep. n. 3 p. 700 l. 8sqq.; ep. n. 10 p. 711 l. 9sq.* 4) *Cf. verba Hadriani II. in allocutione in concilio Romano a. 869 habita, Mansi XVI, 123:* — — quomodo scilicet in huius tetri caliginoso saeculi cursu sero tandem sicut novum sidus apparuerit — —. 5) *Cf. Parisot p. 306 cum ann. 2; 312sq. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 176; ibid. II, 186 ann. 13. 14 (his vero in omnibus assentiri nequeo).* 6) *Gregor. M. Reg. VIII, 16, MG. Epist. II, 18 (J.-E. Reg. n. 1503).* 7) *Alludit ad causam Lotharii II. regis, praecipue ad Waldradae absolutionem, cf. supra epp. nn. 3—5, p. 700sqq.*

percutiam, et ego sanabo.' Et certe praefatus magnus antistes Gregorius scribit[1]: Sicut, inquiens, perseveranti culpae debetur iure vindicta, ita resipiscentibus est venia concedenda. 868

Verum hinc hoc dixisse sufficiat. Ceterum monemus dilectionem tuam, ut, si qua sunt, quae ad communem ecclesiae pertinent utilitatem vel quae nostrae sedi spiritali genio con-
5 venire perspexerit, intente pertractet et praesulatui nostro actutum scienda denuntiet[a], quatinus per hoc, quantum beati Petri memoriam vel sedem diligat et[b] quantum[b] illi herere satagat, luce clarius innotescat[c] sicque demum in eius soliditate persistens nullius auctore Deo[d] fluctus paveat supervenientis incursum.

Optamus sanctitatem tuam in Christo nunc et semper bene valere.

10 Data VIII. idus Mai. indictione prima.

14.

Hadrianus Karolum Calvum regem admonet, ut Hincmaro Laudunensi episcopo Romam venire cupienti episcopatum ab omni detrimento tuendo faveat. *868.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 92 (B); Remens. 672 fol. 212 (C). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 871 n. 87—88; Sirmond, Conc. Gall. III, 375; Bouquet VII, 454; Mansi,
15 *Conc. coll. XV, 836; Migne, Patr. lat. CXXII, 1281. — Cf. J.-E. Reg. n. 2911 (2208).*

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO KAROLO EXCELLENTISSIMO REGI[2].

Illustrem Hincmarum[a] Laudunensem[b] episcopum[3] desiderio visendorum sanctorum apostolorum liminum anhelantem et libenter amplectimur et adventum illius non solum
20 non differimus, verum etiam, ne ultra kalendas[c] Augusti[4] stare audeat, gravitate apostolica, scientes illum tali voto spiritaliter posse proficere, prohibemus. Huic ergo in veniendo, sicut auctoritas apostolica, sic faveat et humanitas regia, quatenus episcopatus[d] eius omni careat per vestram sollicitudinem detrimento[e], dum praediorum suorum perverse a Nortmanno[f] possessorum liberalitate vestra per intercessionem nostram fuerit potitus[g] augmento. Sicut[5]
25 enim gaudemus, cum serenitatem tuam erga statum ecclesiasticum[h] more praedecessorum[i] principum et[k] liberalitatem tam litteris audimus quam vocibus, sic nimirum, cum eam in aliquo distrahentem extra consuetudinem suam comperimus, tota cordis valitudine contri-

*) *Superscriptio:* Cuius supra *C.*

a) denuntiat *B.* b) *ita Edit.; fere evanuerunt B.* c) ignotescat *B.* d) *fere evanuit B.*

30 14. a) Hyncmarum *C.* b) *al. man. corr. pro* Lugdunensem *B.* c) kł *B, C.* d) i *post. add. B.* e) *prim.* t *in ras. B.* f) Normanno *hic et infra C.* g) *secund.* t *post. add. B.* h) aecclesiasticum *B.* i) *ita Edit.;* paradoxorum *B, C.* k) *deest B.*

1) *Gregor. M. Reg. VIII, 11, MG. Epist. II, 13 (J.-E. Reg. n. 1498).* 2) *Calvo. Ad hanc et sequentem epistolam ad verbum fere consonantes — quarum autem tempus non satis constat — referenda*
35 *sunt quae in Ann. Bertin. a. 868 ed. Waitz p. 97 leguntur:* Karolus rex Kalendis Decembris Carisiacum veniens — — — commotus contra Hincmarum Laudunensem episcopum, quia Romam sine illius conscientia miserat et epistolas pro quibus non convenerat obtinuerat, eidem vero episcopo contumaciter sibi resistenti valde infensus erat. *V. etiam Karoli Calvi proclamationem adversus Hincmarum Laudunensem in synodo Duziacensi a. 871 porrectam c. 4:* — — litterae domni apostolici, quas mihi idem
40 Hincmarus in Carisiaco coram suo archiepiscopo et aliis archiepiscopis et episcopis et pluribus fidelibus nostris obtulit *(Delalande, Conciliorum antiquorum Galliae supplementa, Lutetiae Parisiorum 1666, p. 206 = Mansi XVI, 578) et responsa episcoporum ad eandem proclamationem c. 6 (Delalande p. 245 = Mansi XVI, 651); praeterea Delalande p. 207. 256 = Mansi XVI, 579. 672. Dümmler II², 324 sq. Schrörs p. 326. — Delendum esse J.-E. Reg. n. 2939* inter 'Addenda et Corrigenda' Regestorum (Jaffé II², 704) notatum*
45 *est. Cf. autem de altera Hadriani II. epistola ad eandem causam pertinente Karolo directa infra p. 723 ann. 1.* 3) *A. 858 — 871 (depos.).* 4) *Aug. 1 (a. 869).* 5) *Hunc locum (usque ad* valitudine contristamur *infra l. 27) aegre ferens ad verbum allegat Karolus Calvus in proclamatione adversus Hincmarum Laudunensem, Delalande p. 206 = Mansi XVI, 579, iterumque ad eum alludit ibid. p. 207 = Mansi XVI, 579.*

868 stamur. Quapropter et Nortmannum scito auctoritate apostolica continuo ab ecclesiastica[a] communione, nisi praesentaliter[b] se[c] omnibus Laudunensis[d] ecclesiae[e] rebus exuerit, repellendum et venerabilem virum Hincmarum episcopum, si proposito Romam veniendi abusus quod bene[f] vovit reddere non studuerit, transgressoris iuditio, quod Deus averterit[g], puniendum. Quicumque igitur a tempore, quo Romam venire coeperit, usque in[h] id, quo[i] Christo[k] duce[k] ad propria remeaverit, in quibuslibet rebus illius[l] ecclesiae[m] quodlibet operatus fuerit detrimentum, quoniam episcopatum eius[n] gloriae vestrae spetialiter servandum committimus, tamdiu se noverit sacramento corporis[o] et sanguinis Domini fore privandum, quamdiu[p] sanctae Laudunensi[q] ecclesiae[r] et vobis ipsiusque pontifici legitime, immo canonice[s] fuerit satisfactum.

Optamus regiam[t] excellentiam vestram sanctae sedis apostolicae scita consuetudinaliter observantem[u] in Christo semper valere.

15.

Hadrianus Hincmaro Remensi de Hincmaro Laudunensi eadem fere atque in praecedenti epistola (n. 14) Karolo Calvo scribit. *868.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 92—92' (B); Remens. 672 fol. 212 (C). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 871 n. 85—86; Sirmond, Conc. Gall. III, 375; Mansi, Conc. coll. XV, 836; Migne, Patr. lat. CXXII, 1280. — Cf. J.-E. Reg. n. 2910 (2207).

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI[a] NOSTRO HINCMARO[b] ARCHIEPISCOPO REMENSI[1].

Illustrem Hincmarum Laudunensem[c] episcopum desiderio visendorum sanctorum apostolorum liminum anhelantem et libenter amplectimur et adventum illius non solum non differimus, verum etiam, ne ultra kalendas[d] Augusti stare audeat, gravitate[e] apostolica, scientes illum[f] tali[g] voto[g] spiritaliter posse proficere[h], prohibemus. Huic ergo in veniendo, sicut auctoritas apostolica, sic faveat et episcopalis humanitas, quatenus episcopatus eius omni careat per vestram sollicitudinem detrimento, dum praediorum suorum perverse a Nortmanno[i] possessorum liberalitate vestra per intercessionem nostram fuerit potitus augmento. Quapropter et Nortmannum scito auctoritate[k] apostolica continuo ab ecclesiastica[l] communione, nisi praesentaliter[m] se omnibus Laudunensis[n] ecclesiae[o] rebus exuerit, per tui oris offitium repellendum et venerabilem virum[p] Hincmarum episcopum, si proposito Romam veniendi abusus quod bene vovit reddere non studuerit, transgressoris iudicio, quod Deus averterit[q], puniendum. Quicumque igitur a tempore, quo Romam venire coeperit[r],

---

*) *Superscriptio:* Cuius supra *C.*

a) aecclesiasticam *B.* b) praesentialiter *C.* c) *om. B.* d) Lugdunensis *B.* e) aecclesiae *B.* f) *corr. ex* pene *C.* g) adverterit *corr., ut vid., ex* advertit *B.* h) ad id *C.* i) quod *B;* in quo *C.* k) duce Christo *C.* l) ipsius *C.* m) aecclesiae *B.* n) ei *B.* o) corpis *C.* p) donec *C.* q) Lugdunensi *B.* r) aecclesiae *B.* s) canonicae *B.* t) *bis in C.* u) opservantem *B.*

15. a) *fol. 92 in marg. dext. ex parte del. B.* b) Hyncmaro *hic et infra C.* c) *al. man. corr. ex* Lugdunensem *B.* d) kl *B, C.* e) auctoritate *C.* f) eum *C.* g) *signis appositis al. man. add. in marg. B.* h) *bis in C.* i) Normanno *hic et infra C.* k) c *post. add. B.* l) aecclaesiastica *B.* m) praesentialiter *C.* n) Lugdunensis *B.* o) aecclesiae *B.* p) *om. C.* q) adverterit *B.* r) caeperit *B.*

1) *Cf. supra p. 715 ann. 2. Laudatur haec epistola ab Hincmaro Remensi in litteris Hadriano II. directis, Migne, Patr. lat. CXXVI, 185 B (Schrörs, Registr. Hincm. n. 287), et in libello expostulationis adversus Hincmarum Laudunensem in synodo Duziacensi a. 871 recitato c. 15, Migne, Patr. lat. CXXVI, 585 (Schrörs, Registr. Hincm. n. 314); v. etiam posteriorem Hincmari epistolam papae missam, Migne Patr. lat. CXXVI, 643 (Schrörs, Registr. Hincm. n. 315). Neque vero accurate reminisci videtur archiepiscopus (Migne CXXVI, 185) istam Hadriani epistolam sibi* praeterito anno *(i. e. 869) esse missam. Cf. Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 259 ann. 5.*

usque in id, quo[a] Christo duce ad propria remeaverit, in quibuslibet rebus illius ecclesiae[b] quodlibet operatus[c] fuerit detrimentum[c], quoniam episcopatum eius sanctitati tuae spetialiter post regem servandum committimus[d], tamdiu se noverit sacramento corporis[e] et sanguinis Domini fore privandum, quamdiu[f] sanctae Laudunensi[g] ecclesiae[h] et tibi ipsiusque pontifici legitime[i], immo canonice[k] fuerit satisfactum.

869 Sept. 5.

Optamus sanctitatem tuam[l] in Christo bene valere.

16.

Hadrianus duces, comites et ceteros primores regni Karoli Calvi admonet, ut regem suum ab invadendo regno Lotharii, quod iure hereditario ad Ludovicum imperatorem pertineat, prohibeant. Legatos Paulum et Leonem episcopos commendat. 869 Sept. 5.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 90—90' (B). — Vallic. J. 49.

***Edd.** Baronii Ann. eccles. a. 869 n. 94—97; Sirmond, Conc. Gall. III, 380; Bouquet VII, 447; Mansi, Conc. coll. XV, 839; Migne, Patr. lat. CXXII, 1291. — Cf. J.-E. Reg. n. 2917 (2214).*

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS GLORIOSIS DUCIBUS, COMITIBUS ET CETERIS PRIMORIBUS IN REGNO KAROLI[1] EXCELLENTISSIMI REGIS CONSTITUTIS[2].

Omnes quidem virtutes Christi cultoribus sectandae sunt, sed nulla utilius quam pax cum dilectione mutua inter omnes et maxime inter[a] sublimiores personas custoditur et colitur. Quanto enim quis sublimior, tanto ad mores suos quosque trahendum constat esse facilior. Ideoque[b 3] his praesentibus oportune[c] ac inportune moneo, suadeo et exortor apicibus, quo pacis bonum in omnes, sed praecipue inter sublimiores mundi principes aedificare ac construere satagatis. In hoc enim dilecti filii mei regis vestri regnum tutius[d] poterit incolume permanere, si neminem ille concutiens a nullo concutiatur. Non autem ignorare vos credo, qualiter desiderabilissimus et spiritalis filius meus Hludouuicus, piissimus et a Deo protectus imperator[4], non, ut quidam, adversus sanctae religionis filios, non contra fidei christianae domesticos, sed adversus filios Belial, adversus Christi nominis inimicos, praecipue[e] pro nostra securitate proque multorum liberatione fidelium, qui finetenus apud Samnium et circumquaque regiones iam iamque periclitabantur, ita ut etiam fines nostros infestatio propemodum Saracenorum invaderet, egressus a summo sublimitatis propriae solio et a pacatissimae requiei suae fundamine non corpori parcat, non[f] aestibus[f], non algoribus[g], non denique ullis eventibus cedat, sed omnia incommoda, omnia discrimina pro Christi nomine tolerans nihil est, quod pro christianorum ereptione recuset arripere, nihil est, quod pro fidelium quiete ac pace declinet assumere. Denique non modicam ecclesiae sanctae quietem[h] per eum divina pietas[i] operata est, nec modicae[k] paganorum vires fortitudine superna prostratae sunt. Siquidem saepius

cf. 2. Tim. 4, 2.

cf. Deut. 13, 3 et passim.

---

a) quod *B.* b) aecclesiae *B.* c) detrimentum operatus fuerit *C.* d) comittimus *B.* e) corpis *C.* f) donec C. g) Lugdunensi *B.* h) aecclesię *B.* i) *ras. inter* i *et* t *B.* k) canonicę *B.* l) vestram *C.*

16. a) *evanuit B.* b) *prim.* e *post. add. B.* c) oportunę *B.* d) totius *B*; citius *Edit.* e) precipuę *B.* f) nā estibus *B.* g) *ras. inter* l *et* g *B.* h) quiętem *B.* i) piętas *B* k) modice *B.*

1) *Calvi.* 2) *Haec et sequens epistola memorantur in Ann. Bertin. a. 869 ed. Waitz p. 107 sq., ex quibus etiam papam non multo ante legatos cum epistolis in Franciam destinavisse comperimus, ed. Waitz p. 100:* — idem pontifex Formosum episcopum et alium etiam cum eo episcopum in has Galliarum partes mittendos disposuit, ut cum pluralitate episcoporum de his quae Hlotharius petebat tractarent et illi Kalendis Martii quae inventa forent in synodo renuntiarent, quam Romae in ipsis Kalendis Martii denunciavit; quo etiam quattuor episcopos ex regno Hludowici regis Germaniae cum ipsius legatis et quattuor episcopos ex regno Karoli cum eius legatis et quosdam episcopos ex regno Hlotharii epistolis suis hac conditione venire praecepit, ut quae in synodo vel examinanda vel gerenda forent, in personis aliorum confirmarent, tam ex occidentalibus partibus quam ex orientalibus *(cf. J.-E. 2916*; v. etiam infra p. 759 ann. 7). V. etiam Hincmari litteras Hadriano II. directas, Migne, Patr. lat. CXXVI, 175 sq., necnon Hincmari libell. expostulationis adversus Hincmarum Laudunensem c. 27, Migne, Patr. lat. CXXVI, 611. — Cf. Dümmler II², 286 sqq.; Parisot p. 353 sqq.* 3) *Quae sequuntur maxima ex parte iterata sunt ex ep. supra n. 6 p. 703.* 4) *II.*

869 Sept. 5.

hostes[a] tamquam mures cavernis suis egressos ad sua latibula terga vertere compulit et brachia contra (cf. Iudith 14, 12.) nostros exerta potenti virtute dissolvit, quin[b] et[b] nobis omnibus, qui longe fuimus et qui prope, magnae securitatis praesidia contulit, dum scilicet nonnullos eorum prostravit, nonnullos etiam ab eorum superstitione convertens Christi fidei et verae religionis itinera sectari perdocuit.

Qua de re ratum ducimus vestram commonere dilectionem, quo praefato glorioso regi vestro et filiis eius suggerere satagat et prudenti consilio suadere contendat, quatinus nec suis motibus nec aliorum suasionibus inpulsus quicquam[c] quae tanti principis et tam pii augusti sunt, invadere vel sollicitare consentiat; eorum videlicet, quae, cum sint[d] in regno gloriosae memoriae Hlotharii quondam regis germani sui[1], ad se suffragantibus cunctis legibus non tam pro fraterna[e] successione[e] quam[f] per paternam[g] dispositionem hereditario iure pertinere probantur. Qui enim concutit[h] fines et sollicitat homines[i], qui sub moderamine quondam iam nominati regis erant, illa, quae Dei sunt et ecclesiae utilitati conveniunt, concutit et, qui hunc avaritia victus commovet[k], magnum procul dubio ecclesiae dispergit augmentum. Iniquum praeterea est, ut, quod fratres sibi mutuo pro integra inter se ac nepotes suos custodienda parte regnorum, quam singuli distincta sorte perceperant, iuramentis terribilibus spoponderant, impia praevaricatione violetur vel cuiusquam cupidinis fomite[l] temeretur, cum potius pio conveniat affectu fratrem fratri ac patruos nepotibus totius praesidium conferre iuvaminis et secundum promissam invicem iuramento fidem omnis auxilium praestare solacii, praecipue iam fatum inclitum regem vestrum, qui hunc nepotem suum, magnum scilicet augustum, de patris proprii dextra cum omnibus, quae ad eum pertinere viderentur, ad fovendum roborandumque pro viribus veluti secundus[m] pater accepisse dinoscitur. Iniquius[n] autem et instar sacrilegii est, ut, qui se ultro pro salute fidelium et maxime pro sanctae Romanae ecclesiae matris suae defensione tot periculis offert, a coepto pietatis alicuius factione stimulatus recedat opere atque ad patriam coactus vindicandam procedat hereditatem. Verum quisquis suo vitio tam sancto labori cupiditatis aestibus accensus aliquod impedimentum praestiterit, condignam profecto apostolica sede sanciente luet[o] cum suis fautoribus ultionem. Unde si quisquam vestrum huius diabolicae ambitionis auctorem sectatus fuerit vel ei quoquomodo (cf. Ps. 61, 11.) in rapinis concupiscenti favorem contulerit, anathematis vinculis innodabitur[p] ac pro hoc a regno Domini separatus[q] cum[r] (cf. Luc. 22, 37.) impiorum omnium capite, quod est[s] diabolus, merito deputabitur. Adtendat ergo rex prudentissimus vestris quoque probabilibus consiliis adhortatus, ne iniquorum[2] suasionibus cedat nec sinistra machinantibus aures accommodet, sed proprio iure contentus quae sua non sunt usurpare non temptet nec invadere quocumque modo [nitatur[t], quod[t]] invasum[u] non modicum potest invasori[v] generare discrimen. Ne itaque iam memorato dilectissimo filio meo domino semper augusto causam Dei exequenti et hereditatem Domini vindicanti ac[w] ipsius bella (cf. 1. Mac. 15, 34.; cf. 1. Reg. 18, 17.) praelianti[x] quodlibet offendiculum praeparet, quo sanctae Dei ecclesiae quavis[y] ex parte impediatur utilitas vel profectus fidelium excludatur. Alioquin manum apostolicae sedis cum eodem piissimo principe fortiter esse comperiat et arma nostra illi munimina validissima conferentia, summo agonitheta nobis concertante et beatorum principum apostolorum intercessione cooperante[z], praeparata sine cunctatione praenoscat.

Hos praeterea missos apostolicae nostrae sedis, Paulum et Leonem venerabiles episcopos[3], dilectos consiliarios nostros, quos pro pace et concordia sanctae Dei ecclesiae illuc destinavi-

a) *sequitur rasura B.* b) *vel* Qui nec *B.* c) *ita B; deest Edit.* d) sit *B.* e) fraternam successionem *B.* f) quem *B.* g) paterna *B.* h) con- *supr. lin. add. B.* i) *fol. 90 in marg. dext. infer. ex parte del. vix legi potest B.* k) commonet *B.* l) i *corr. ex* e *B.* m) secundum *B.* n) *corr. superscr. ex* Iniquus *B.* o) lucet *B.* p) —no— *superscr.,* d *corr. B.* q) separatur *B.* r) *fol. 90' in marg. sinist. ex parte del. B.* s) *sequitur ras. B.* t) *cognosci non iam potest B;* nitatur, quomodo *Edit. Cf. supra p. 703 lin. 37.* u) invasu *B.* v) invasor *B.* w) ad *B.* x) p̄lianti *B.* y) quamvis *B.* z) p̄parante *add. B.*

1) *869 Aug. 8 mortui Placentiae.* 2) *Haec quoque ex ep. supra n. 6 p. 703 sq. sumpta sunt.* 3) *Quorum sedes ignoramus. Paulum fuisse Populoniensem episcopum, qui exeunte a. 867 (cf. Duchesne, Lib. pontif. II, 190 ann. 56) legatione Bulgarica peracta Romam reverterat, suspicatur O. Engelmann, 'Die*

mus, ob reverentiam principum apostolorum Petri et Pauli benigne suscipite et ea, quae vobis pro utilitatibus christianae fidei[a] atque religionis dixerint, aure[b] cordis percipientes ad effectum perducere festinate. — 869 Sept. 5.

Optamus gloriam[c] vestram in Christo bene valere.

5 Data non. Septembr. indictione III.

17.

Hadrianus episcopos regni Karoli Calvi laborare iubet, ne regnum Lotharii regis defuncti, quod ad Ludovicum imperatorem redierit iureque hereditario ei debeatur, a rege suo invadatur. Legatos Paulum et Leonem episcopos commendat. 869 Sept. 5.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 91'–92 (B); Laudun. 407 fol. 192'–194 (C). — Vallic. J. 49.

10 *Edd. Baronii Ann. eccles. a. 869 n. 98–100; Sirmond, Conc. Gall. III, 381; Mansi, Conc. coll. XV, 841; Migne, Patr. lat. CXXII, 1293. — Cf. J.-E. Reg. n. 2918 (2215).*

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS FRATRIBUS ET COEPISCOPIS NOSTRIS IN REGNO KAROLI GLORIOSI REGIS[1] ECCLESIAM[a] DOMINI GUBERNANTIBUS[2].

15 Inter[3] exordia pontificatus mei pacis studium prae ceteris virtutibus praedicandi suadendique arripuisse me memini, quippe qui[b] noverim, quod in dominicae[c] nativitatis principio caelestis militiae visus sit exercitus, qui clamavit: 'Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.' (Luc. 2, 14.) Ubi profecto sollerter adtendendum est, quia, sicut tunc pastores, qui super[d] gregem suum prae ceteris vigilaverunt, tanti tripudii videre prae ceteris gaudia meruerunt, ita nos, qui pastores dici- (cf. Luc. 2, 8.) 20 mur, tunc caelestium bonorum laetitiam adipisci merebimur, si super oves dominicas sollicite vigilemus, ne videlicet has vel per insidias odii seu discordiae vorax lupus invadat vel per cupiditatem avidus ille leo[e] deglutiat, qui, ut princeps apostolorum scribit, 'rugiens circuit quaerens quem devoret'. (1. Petr. 5, 8.) Ideoque, fratres karissimi, nunc etiam id ipsum repeto, id ipsum oportune vel[f] inportune suadeo[g], (cf. 2. Tim. 4, 2.) prorsus efflagito. Quamobrem, ut pacis seu dilectionis vinculum, quae maior est omnibus virtuti- (cf. Marc. 12, 33.) 25 bus et holocaustomatibus, vestra quoque sanctitas insolubiliter inter omnes, sed praecipue inter sublimiores personas observari doceat, indesinenter adhortor.

Quapropter illud a vobis exigo, ut solliciti existentes, si quos senseritis velle filii nostri gloriosi regis vestri Karoli fortassis animos ad invadendum regnum, quod defuncto[4] quondam inclito rege Hlothario ad dominum desiderantissimum filium nostrum piissimum imperato- 30 rem[5] rediit iureque hereditario illi debetur, nequiter incitare[h], vos[h], qui spiritales estis, horum (cf. 1. Cor. 3, 1.) carnales voces, quin potius et ipsum excellentissimum regem ac filios eius tamquam veri episcopi a tanto conpescere piaculo studeatis; quin immo ad favorem et opem eius hunc inflammantes hortamini, atque, sicut eum in fide sua tamquam alter pater suscepit, ita foveat et hunc ut proprium genitum amplectatur. Iniquum enim et instar sacrilegii est, ut, qui se 35 ultro pro salute fidelium et maxime[i] sanctae Romanae ecclesiae[k], matris scilicet omnium Dei ecclesiarum[l], defensione tot mortis casibus offert, alicuius factione stimulatus a[m] coepto[m] pietatis recedat opere atque ad patriam vindicandam procedat hereditatem. Non enim debet (cf. 1. Mac. 15, 34.) paternam hereditatem ille dimittere, qui Deo gratias non ignorat Naboth Iezrahelitam[n]

---

a) fidi *B.* b) aures *B.* c) glaram *B.*

40 17. a) aecclesiam *B.* b) quae *B.* c) *fol. 91' in marg. sinist. ex parte del. legi non iam potest B.* d) supra *C.* e) lupus *C.* f) l *corr. ex* b *C.* g) *deest C.* h) —tare vos *in ras. C.* i) maximae *B.* k) aecclesiae *B.* l) aecclesiarum *B.* m) accepto *B.* n) gezrahelitam *B.*

päpstlichen Legaten in Deutschland bis zur Mitte des 11. Jahrhunderts (Marburg 1913)' p. 74. Nomine Leo episcopus Silvae Candidae occurrit in Vita Hadriani Libri pontif. ed. Duchesne II, 175.

45 1) *Calvi.* 2) *Cf. supra p. 717 ann. 2.* 3) *Haec ex ep. supra n. 6 p. 702 sq. iterata sunt.* 4) *Cf. supra p. 718 ann. 1.* 5) *II.*

869 Sept. 5. pro[a] sola paterna vinea etiam contra regem impium defendenda[a] usque ad mortem lapidum pervenisse. Verum si et labor alicuius ambitione impediatur, quoniam paternum deseri patrimonium subripientibus non oportet, per quem quid[b] tale contigerit, una cum fautoribus et sectatoribus suis dignam paremque animadversionem exsolvet. Et si quis vestrum tam nefariae temeritatis auctorem vel tacendo fugerit vel non[c] resistendo consenserit, non iam pastoris, sed mercennarii nomen[d] se noverit fore censendum, et, quia iam non pertinebit ad eum de ovibus, non pertinebit consequenter de pastoralibus dignitatibus.

cf. 3. Reg. 21, 13.

cf. Ioh. 10, 12.

Hos praeterea[e] missos apostolicae nostrae sedis, Paulum et Leonem venerabiles episcopos, dilectos consiliarios nostros, quos pro pace et concordia sanctae Dei ecclesiae[f] illuc destinavimus, ob reverentiam principum[g] apostolorum Petri et Pauli benigne suscipite[h] et ea, quae vobis pro utilitatibus christianae fidei atque religionis dixerint, aure cordis percipientes ad effectum ducere festinate.

Optamus sanctam fraternitatem vestram in Christo bene valere.

Dat. non. Septembr. indictione III.

18.

Hadrianus Hincmarum Remensem cohortatur, operam impendat, ne regnum quondam regis Lotharii a quoquam invadatur. Legatos Paulum et Leonem episcopos commendat.

869 Sept. 5.

Cod. Laudun. 407 fol. 191'—192' (B).

Edd. Sirmond, Conc. Gall. III, 382; Mansi, Conc. coll. XV, 842; Migne, Patr. lat. CXXII, 1294. — Cf. J.-E. Reg. n. 2919 (2216).

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HINCMARO ARCHIEPISCOPO REMENSI[1].

Sanctimonia tua quam fuerit apostolicae memoriae papae Nicolai familiaris, non forte dedit oblivioni. In cuius videlicet familiaritatis sinu nos quoque te recipientes fiduciam penes apostolatum nostrum fraternitati tuae gratanti mente conferimus. Praeterea noveris misisse nos epistolas quasdam in Gallicanarum partium regiones, tam reges[2] quam praesules[3] et omnes omnino regnorum primates[4] ad comprimendum ambitum et unicuique ius proprium reservandum competenter admonens, cohortans, suadens, contestans, prohibens et deterrens. Cuius rei sollicitudinem sanctitas tua specialiter quodammodo certamine[a] suscipiens vice nostra[5] tam reges quam ceteros Dei vel mundi ministros admonendo, suadendo et prohibendo a cupiditatis vel avaritiae vitio comprimat et compescat, ut scilicet unusquisque[6] suis contentus alienum non subripiat, non sollicitet, non usurpet, praecipue ut regnum quondam regis Hlotharii[7], quod carissimo filio nostro domino imperatori[8] iure debetur, vel homines in eo degentes mortalium nullus invadat, nullus commoveat, nullus ad se conetur inflectere. Quoniam, si per huiuscemodi temeritatem caritatem scindere, concordiam dividere, in-

a) *verba* pro — defendenda *ead. man. artissime scripta B.* b) quod *B.* c) *om. B.* d) ita *B, C;* nomine *Edit.* e) preterea *B.* f) aecclesiae *B.* g) principium *B.* h) suscipite *B.*
18. a) certamina *B.*

1) *Laudat hanc epistolam Hincmarus, Migne, Patr. lat. CXXVI, 175 sq. V. etiam supra p. 717 ann. 2.* 2) *Non extant epistolae regibus missae. Cf. Ann. Bertin. a. 869 ed. Waitz p. 107 (J.-E. Reg. 2920*) necnon Hincmari verba, Migne, Patr. lat. CXXVI, 176:* Audivi etiam, quod similes epistolae, sicut domno nostro Carolo et episcopis ac primoribus regni ipsius directae sunt, domno nihilominus Ludovico regi glorioso et episcopis ac regni eius primoribus missae sunt *(cf. Dümmler II², 306 ann. 2, quem hic errare arbitramur).* 3) *Cf. supra ep. n. 17 p. 719 sq. et ann. praeced.* 4) *Cf. supra ep. n. 16 p. 717 sqq., infra ep. n. 19 p. 721 sqq., supra ann. 2.* 5) *Cf. supra ep. n. 10 p. 711 cum ann. 4.* 6) *Cf. Leon. I. decr. c. 38, Migne, Patr. lat. LXVII, 294 (J.-K. Reg. 411):* Suis igitur terminis quisque contentus sit. 7) *V. supra p. 718 ann. 1.* 8) *Ludovico II. scilicet.*

videntiae facibus inardescere, cupiditatis estibus anhelare, propinquitatem telo crudelitatis percellere, scandalum in ecclesia Dei generare non pertimescit, non solum per mediocritatis nostrae ministerium Deo auctore viribus infirmabitur, verum etiam vinculis anathematis obligatus, nomine christianitatis privatus cum diabolo, quem super hoc imitatur, omnino locabitur. Tua vero reverentia, si in hoc strenue secundum datam sibi divinitus sapientiam laboraverit, nostrae sibi, ut praetulimus, familiaritatis fiduciam non dubitet modis omnibus tribuendam nec diffidat benivolentiae nostrae benignitatem, cum necessitas exegerit, suis oportunitatibus affuturam. 869 (Sept. 5).

Hos praeterea missos apostolicae nostrae sedis, Paulum et Leonem venerabiles episcopos, dilectos consiliarios nostros, quos pro pace et concordia Dei ecclesiae illuc destinavimus, ob reverentiam principum apostolorum Petri et Pauli benigne suscipe et ea, quae tibi pro utilitatibus christianae fidei atque religionis dixerint, aure cordis percipiens ad effectum ducere festina.

Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere.

Data non. Septembr. indictione III.

19.

Hadrianus primates et comites regni Lotharii quondam imperatoris admonet, ut filio eius Ludovico imperatori legitimo heredi regni Lotharii regis defuncti fidem illaesam conservent. *869 (Sept. 5).*

Cod. Paris. lat. 1557 fol. 90'—91' (B). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 54—56; Sirmond, Conc. Gall. III, 379; Bouquet VII, 446; Mansi, Conc. coll. XV, 837; Migne, Patr. lat. CXXII, 1295. — Cf. J.-E. Reg. n. 2921 (2217).

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS PRIMATIBUS[a] ET GLORIOSIS COMITIBUS CONSISTENTIBUS IN REGNO DOMNI HLOTHARII QUONDAM MAGNI IMPERATORIS[1] ET GENITORIS DOMNI HLUDOUUICI IMPERATORIS[2].

Perfectae procul dubio caritatis est bonum secundum apostolum 'gaudere cum gaudentibus' et 'flere cum flentibus'. Unde, quia Hlotharius quondam rex vester divina de hoc saeculo iussione migravit[3], vos de obitu ipsius valde tristes[b] effectos et lugubri[c] doloris ingentis amaritudine utpote viros fideles repletos esse cognoscimus carnalique affectu[d] eius nunc transitum flere, noster non minus apostolicus animus vobis compatiens et condolens non solum pro aeterna illius requie[e] atque[f] salute, sed etiam pro praesenti consolatione vestra, pro pace, concordia et unitate, quam vos et toto corde sequi et fideli omnino devotione amplecti seu[g] Christi membra nullam habentia[h] maculam, quae instantem aut futuram mortis pernitiem vobis possit inferre, incunctanter, ut oportet, flebilibus Dominum precibus precati sumus et cotidie suppliciter exoramus, ut et illi, qui carnali obiit conditione, vitam perpetuam et vobis misericordiae largitate consolationis, pacis et unanimitatis affectum et desiderium inspirare donareque dignetur. Quoniam ipse est, qui nos paterno amore virga iustitiae corripit ac purgationis merore affligit, et ipse nos in omni tribulatione nostra clementer consolari dignatur, ut possimus sustinere numquamque deficere. Quamobrem, filii karissimi, apostolicae sedis magisterio plurimum debentes nos, qui per supernam gratiam apostolorum principis fungimur vice omniumque ecclesiarum[i] Dei curam et sollicitudinem nobis a Domino prae-

Rom. 12, 15. cf. Matth. 22, 37. cf. Eph. 5, 27. cf. 2. Cor. 1, 4. cf. Apoc. 2, 3. cf. 2. Cor. 11, 28.

---

19. a) primatis *B.* b) tristis *B.* c) bugobri *B.* d) affecto *B.* e) requię *B.* f) adquae *B.* g) *sic B pro* ceu, *ut videtur.* h) habentiā *B.* i) aecclesiarum *B.*

1) *I. († 855).* 2) *II. — Cf. MR.² 1242c; supra p. 717 ann. 2. De* epistolis ad episcopos et regnorum primores regni quondam Lotharii directis *loquitur Hincmarus, Migne, Patr. lat. CXXVI, 176. V. etiam supra ep. n. 18 p. 720 l. 27. Eiusdem diei ac praecedentes tres epistolas (nn. 16—18) istam esse annotat Dümmler II², 287 ann. 2.* 3) *V. supra p. 718 ann. 1.*

869 (Sept. 5).

cf. 1. Petr. 5, 8. — cf. Iudith 9, 16. — cf. Matth. 19, 25; Act. 27, 31. — Ioh. 14, 23. — cf. 2. Petr. 2, 2. — cf. Gen. 27, 27—29. 37.

ceteris delegatam habentes, antequam antiquus noster adversarius mentes vestras[a] occultis et impiis nequitiae suae versutiis corrumpat et morbo insanabili sauciet, armis praecincti divinis occurrere salubribusque[b] vos informare praeceptis debemus, quibus humiliter oboedientes sicut omnes, qui ab initio Deo placuerunt, salvi esse possitis[c], dicente Domino in evangelio[d]: 'Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.'

Quapropter caritatem vestram, o carissimi in Domino filii, apostolica tuba monemus et celesti magisterio exoramus[e], ut pro regni stabilitate vos nunc in ea fide mentisque sinceritate generaliter omnes satagatis[f] consistere circa dilectissimum ac spiritalem filium nostrum, domnum Hludouuicum imperatorem augustum, quam circa divae memoriae quondam Hlotharium[g] imperatorem[g] patrem[h] illius mundo pectore conservastis[1], ut nullus mortalium, cuiuscumque sit dignitatis et gloriae, vos ab apostolicae sedis praecepto monituque salubri possit modis[k] aut argumentis quibuslibet revocare vel a via veritatis in obliquum[l] deflectere, nec ullius praecepta magis quam beati Petri apostoli per os[m] nostrum prolata vobisque utiliora iucundis percipere auribus studeatis. Quoniam ipsi et paterno et hereditario iure secundum[n] legem et rationem hoc regnum debetur et per paternae hereditatis successionem summopere pertinet, quippe cum eum praefatus genitor illius quondam imperator constituerit imperatorem[1] regnique totius heredem prae ceteris sublimaverit natis. Sicut Isaac quondam Iacob filio suo benedicens dominum illum Esau constituit, ita et huic ceteris praelato totum omnino est a patre concessum imperium, quem ipse adhuc vivens imperiali voluit et consensit una vobiscum ab apostolica sede diademate[o] coronari[2] sceptroque potiri sine dubio augustali permisit.

Ideo nobilitatem vestram[p] monemus et obtestamur in Domino, ut nullatenus ab eodem vos[q] spiritali filio nostro augusto quibuslibet promissionibus vel minis alicuius separare dividereque temptetis, sed illi, quamdiu superna vixerit voluntate, in omnibus veluti proprio seniori, proprio imperatori iustoque heredi regni oboedire fidemque illesam[r] more solito conservare studioque sagaci[s] semper adtendite, ut Dei omnipotentis et sancti Petri gratiam[t] nostramque[u] plenariam habere mereamini benedictionem et apostolicae communionis consortium. Nam quem ex vobis contraria temptare nitentem atque apostolicae sedis monitis in contemptu beati Petri apostoli caelestis regni clavigeri[v] spretis ad aliam se partem conferre cognoverimus[w], velut infidelem et ecclesiasticae paci et saluti contrarium a nostri apostolatus communione non solum alienum habebimus, sed etiam anathematis vinculo iure meritoque alligare omnino curabimus et nos secundum apostolicae privilegium dignitatis et potestatis ipsum excellentissimum ac spiritalem filium nostrum domnum Hludouuicum imperatorem augustum regni huius provintiae, scilicet Galliae totius, regem, dominum et imperatorem[3], sicuti iam olim a Deo praeordinatum esse constat et ab antecessoribus nostris

a) nostras *B.* b) salubribus quę *B.* c) positis *B.* d) euuangelio *B.* e) exoramur *B.* f) satagitis, —ta— *superscr. B.* g) Lotharii imperatoris *B.* h) patri *B.* i) conservasti *B.* k) mod̄ *B.* l) oblicum *B.* m) ōs *B.* n) sęcundum *B.* o) diadematę *B.* p) *corr. ex* nostram *B.* q) *post. add. B.* r) *fol. 91 in marg. dext. ex parte legi vix potest B.* s) sagati *B.* t) gratia *B.* u) *post. corr. ex* nostraque *B.* v) glavigeri *B.* w) mu *superscr. corr. ex* cognoveris *B.*

1) *De his nihil constat, sed notandum papam ea proferre.* 2) *A. 850. — Cf. MR.*[2] *1179a.* 3) *Duas epistolas in Franciam de electionibus episcoporum Hadrianum destinasse refert Hugon. Flaviniac. Chron. lib. I, MG. SS. VIII, 354:* Defuncto autem beato Nicholao cum imperante Ludovico successisset Adrianus, et litteras misisset Galliarum episcopis, ut non alios ordinarent episcopos nisi quibus praefatus imperator episcopatum concederet et ordinari mandaret, non consenserunt venerabiles episcopi, sed pariter congregati litteris factis communiter suggesserunt papae se decreta sanctorum patrum fideliter observare velle et secundum scita canonum episcopos consecraturos; — —. Scripsit et aliam epistolam Gerardo duci et Rofrido comiti et omnibus Galliarum comitibus, ut nullius hominis favore vel gratia permitterent alios viros ecclesiastici ordinis in episcopiis totius

sacris[a] pontificibus statutum[b] multis videtur inditiis, habemus et, quousque semper[c] fuerit[c] ipse, eum habere studebimus. Quod sane regnum si tyrannus aliquis contra divinam et apostolicam voluntatem invadere praesumpserit, apostolicae sine mora sustinebit ultionis censuram. 869

Optamus nobilitatem vestram unanimi devotione consistere et in insolubili caritatis 5 vinculo manere coniunctos.

20.

Fragmentum epistolae Hadriani Hincmaro Remensi archiepiscopo missae. 869.

Edd. Sirmond, Hincmari opera II, 700; Migne, Patr. lat. CXXVI, 185. — J.-E. Reg. deest.

Miranda[1] est plane vestra fraternitas, quare ministerio iuris episcopalis in regionibus 10 illis abutitur et multorum caritas abundante nequitia refrigescere dicitur. Hincmarus namque cf. Matth. 24, 12.

---

a) *ita B; deest Edit.* b) *corr. superscr. ex* statum *B.* c) *sic B;* superfuerit *Edit.*

Galliae et Burgundiae consecrare episcopos, nisi quos Ludovicus imperator iuberet; cui satis luculenter et honeste obviaverunt praefati venerabiles Galliarum episcopi, litteras illas per verba singula discutientes, et quod sanctorum patrum decretis consona non essent 15 humiliter suggerentes, — —. — *Utrum haec verbotenus an potius similia in favorem Ludovici II. scripserit Hadrianus, dubitari licet: neque vero — cum C. von Noorden, 'Hinkmar, Erzbischof von Rheims' p. 258 cum ann. 3 et 'Historische Zeitschrift' IX, 264 et P. Imbart de la Tour, 'Les élections épiscopales dans l'église de France' p. 215 — Hugonem Flaviniacensem ad genuinas papae litteras respexisse negaverim. Cf. Dümmler II ², 288 cum ann. 1; Parisot p. 354 cum ann. 2; R. Poupardin, 'Le royaume de Provence 20 sous les Carolingiens (Paris 1901)' p. 37 sq. ann. 6 (J.-E. Reg. nn. 2922*. 2923*).*

1) *Asservatum est hoc fragmentum epistolae pontificalis — secundum opinionem Arthuri Lapôtre vergente anno 869 scriptae — in litteris Hincmari Remensis a. 870 Oct.—Nov. (cf. Schrörs, 'Hinkmar' p. 539 n. 287) Hadriano directis, ubi laudatur his verbis praecedentibus:* Alteram siquidem mihi pro negotio ipsius Hincmari direxistis epistolam dicentes. *Eiusdem et epistolae et loci in altero Hincmari scripto a. 871 Sept. princ. (cf. 25 Schrörs p. 541 n. 315) papae misso mentio fit, Migne, Patr. lat. CXXVI, 643:* — — sicut in sanctitatis vestrae litteris inveni, in quibus inter cetera continetur: Quare ministerio iuris episcopalis in regionibus istis abutar, et Hincmarus nepos et aequivocus meus, venerabilis dumtaxat episcopus, sicut audistis, non minima in ecclesia sua sustinet detrimenta: si me tepescente nullam potuit consolationem invenire. *Cf. Schrörs p. 327 cum ann. 80; Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 260 cum ann. 1. — Karolo Calvo quoque 30 regi eodem tempore — neque vero a. 871, ut in J.-E. Reg. n. 2939* habebatur (v. etiam supra p. 715 ann. 2) — de eadem re ab Hadriano scriptum esse constat. Nam in opusculo 55 capitulorum Hincmarus et illi et sibi directas litteras apostolicas commemorat (c. 8, Migne, Patr. lat. CXXVI, 315; cf. etiam Hincmari epistolam Hadriano II. destinatam, Migne, Patr. lat. CXXVI, 186), et ipse Karolus semel atque iterum ad istam epistolam respicit. V. proclamationem in synodo Duziacensi porrectam c. 4, Delalande, Concil. antiquor. Galliae 35 supplem. p. 207 = Mansi XVI, 580:* — — sicut ipsa epistola domni apostolici manifeste demonstrat pro villa Pauliaco et pro aliis, quae hic audire potestis, et obtinuit talem epistolam in meam contrarietatem et inhonorationem, qualem a sede apostolica nullus antecessorum meorum regum Francorum accepit, *et duas epistolas regis Hadriano directas, Delalande p. 264 sq. = Migne, Patr. lat. CXXIV, 876 B:* Vestra veneranda paternitas nobis epistolam pro Hincmaro Laudunensi quondam episcopo misit, cuius primordia 40 ita se habent: Initium nostrae locutionis ad te, fili carissime, cum propheta est, ecce qui dicit: 'Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me' *(Matth. 15, 8, Marc. 7, 6; cf. Isai. 29, 13); Delalande p. 265 = Migne CXXIV, 877 C:* Scriptum est iam nobis inter alia voce vestra, quia in causa Hincmari agerem non ut rex pius, sed ut alius, id est tyrannus impius — —; *Delalande p. 266 = Migne CXXIV, 878 CD:* Et in eadem epistola nobis scriptum est, ut homines de regno 45 nostro Celsanum et Walconem atque Bernonem salvos et incolumes cum suis permitterem consistere et, si aliter egerimus, vestrae communionis participes usque ad veram satisfactionem esse non valeremus et non evasuros nos vestram censuram sciremus, si vestra a nobis fuerint amplius decreta vel monita violata; *Delalande p. 266 = Migne CXXIV, 879 B; (ex altera Karoli epistola) Delalande p. 267 et 268 = Migne CXXIV, 882 C et 883 B. Cf. Lapôtre l. l.; Dümmler II², 325 cum ann. 2; Schrörs p. 327 cum ann. 79. — 50 Hadrianum Hincmaro Remensi etiam litteras misisse* de presbytero parochiae nostrae nomine Trisingo, praecipiens, ut plenariis scriptis remitterem vobis notitiam de causa ipsius, *ex responsione archiepiscopi a. 871 (Schrörs p. 541 n. 315), Migne, Patr. lat. CXXVI, 646 elucet (cf. J.-E. Reg. n. 2937*).*

870 Iun. 27.

nepos et aequivocus tuus, venerabilis dumtaxat episcopus[1], sicut audivimus, non minima in sua ecclesia sustinet detrimenta, sed vobis, ut ita dixerim, tepescentibus nullam consolationem potuit invenire.

21.

Hadrianus Karolum Calvum, quia in regnum Ludovici imperatoris irrumpere praesumpserit, increpat; suadet atque praecipit, ut ab invasione desistat. Legatos Iohannem, Petrum, Wibodum, Iohannem episcopos, Petrum presbyterum cardinalem commendat.

870 Iun. 27.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 84'—85' (B); Remens. 672 fol. 210'$_2$—211$_2$ (C). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 870 n. 2—6; Sirmond, Conc. Gall. III, 387; Bouquet VII, 448; Mansi, Conc. coll. XV, 843; Migne, Patr. lat. CXXII, 1297. — Cf. J.-E. Reg. n. 2926 (2221).

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[2].

Sacrorum itaque dogmatum evidentissimis documentis et apostolicis informamur exemplis, ut mitius agere debeamus cum mitibus[a] et severius per iustitiam delinquentes corripiamus. Sed neque nos Deo placere possumus, si pastoris vicem suscipientes non opus

cf. Ioh. 10, 12.

pastoris, sed mercennarii latibula praestolamur[b] et veniente lupo fugimus, ne solatium conferamus. Super quibus illud cavere debemus, quod Dominus per prophetam loquitur, dicens:

Is. 56, 10; Ezech. 34, 2.

'Canes muti non valentes latrare'; et rursum: 'Ve pastoribus', inquit, 'qui pascebant semetipsos', et reliqua. Quodsi[c] cunctis pastoribus dominici gregis Dominus pro desidia[d] 've' generaliter dicit, tanto magis nos illam sententiam formidare debemus, quanto prae[e] omnibus et pro[f] omnibus non solum honoris, sed etiam oneris[3] in humeris nostris pondera quoque[g] gestamus. An non pro te, rex[h], rationem coram Domino ponere compellemur[i], si[k] — ut[k] illud interim[l] sileamus, quod missos apostolicae sedis[4] more regali recipere[m] contempsisti — factum tuum non reprehendimus et spiritali zelo redarguere desistimus, quando contra divinam sanctorumque patrum auctoritatem atque contra propriae fidei[n] sponsionem, qua iureiurando pollicitus es, ne aliena et praecipue fratrum tuorum regna concupisceres aut invaderes, regnum quondam Hlotharii imperatoris[5], quod spiritali filio nostro domino Hludouuico[o6] augusto filio eius iuxta divinas et humanas leges debetur, praesumpsisti invadere et in reatum periurii[p] incidere non formidasti? Numquid[q] a mente excedit[r], quod vestra[s] vestrorumque iuramenta sedi apostolicae destinata[t] discussimus, roboravimus et in archivo nostro hodie[u] illa recondita retinemus?

Quodsi nec ista[v] tibi[vw] sufficiunt[x], tunc ad maioris reprehensionis tuae cumulum tuis

cf. Is. 46, 8.

te specialibus sententiis convenimus et, ut ad cor tuum redeas, ex oris[y] tui professionibus incitamus. Quando igitur Hludouuici[z] fratris tui filii[7] superatus viribus regnum perdidisti,

---

*) *Superscriptio:* Item cuius supra *C.*

21. a) mittibus *C.* b) -mur *corr. ex* -mus *B.* c) Quod *C.* d) *corr. ex* sedia *B.* e) pro *C.* f) prae *C.* g) *om. C.* h) *om. C.* i) *prim.* e *superscr. B.* k) sicut *B;* ut *om. C.* l) *om. C.* m) suscipere *C.* n) e *superscr. B.* o) Ludoyco *C.* p) peiurii *B.* q) numquit *B.* r) *ita B, C;* excidit *Edit.* s) *deest B.* t) destinate *B.* u) odie *B.* v) tibi ista *C.* w) sibi *B.* x) suffitiunt *B.* y) horis *B.* z) Hluduuuici *B;* Ludoyci *C.*

1) *Laudunensis videlicet.* 2) *Calvo. Cf. Ann. Bertin. a. 870 ed. Waitz p. 114:* [Karolus] apostolici missos cum epistolis ad se et ad episcopos regni sui *(v. sequentem ep. n. 22)* directos terribiliter sibi regnum quondam Hlotharii, quod fratri suo imperatori debebatur, interdicentibus, moleste suscepit. *Dümmler II², 309; Parisot p. 387 sq.; Poupardin, 'Le royaume de Provence' p. 37.* 3) *Cf. Innocent. I. decr. c. 45, Migne, Patr. lat. LXVII, 254 sq. (J.-K. Reg. 310):* Et onus et honor nobis a tua fraternitate impositus — —; *Siric. decr., Migne, Patr. lat. LXVII, 231 (J.-K. Reg. 255):* portamus onera omnium, qui gravantur. 4) *V. supra ep. n. 16 p. 718 sq.* 5) *I. († 855).* 6) *II.* 7) *III. ('Iunioris').*

[870 Iun. 27.]

numquid[a] non epistolam, quam habemus prae manibus, sedi[b] apostolicae direxisti[1], in qua inter[c] cetera confessus fuisti dicens: 'Cum fratribus nostris post Fontanicum bellum in unum convenimus, et inter nos divisione regnorum facta pacem fecimus et iureiurando iuravimus, quod nemo nostrum regni alterius metas[d] invaderet. Nunc autem regno meo iuramentis spretis[e] invaso atque sublato misereatur vester apostolatus et, ne nomen Christi blasphemetur in gentibus, sine vindicta[f] tale facinus non relinquatur.' [cf. Rom. 2, 24.] Ecce[2] qualiter aliena tibi concupiscere minime convenit; ecce tibi ostensum est, quod iuramenta publice facta contempta sunt. Postremo ad fortioris tuae reprehensionis indicium aliquantisper monstratum est, quod et te inpunitum[g] dimittere[g] non debemus. Qui quod alii facere precabaris, nunc in simili opere tibi facere iusto nos oportet iuditio et te de tuis actibus increpare; [cf. Tob. 4, 16; Matth. 7, 12.] praecipue cum apertius demonstrares, quod labiis tantum et non corde devotum sanctae Romanae ecclesiae, [cf. Is. 29, 13; Matth. 15, 8.] veluti in epistolis ad decessores nostros et nobis a[h] te[i] directis[k] continetur, te iactitares existere filium. Et nunc adeo devotio fidei tuae cassata est, ut iam, quia convenientibus responsis missos nostros a[l] te minime dimisisti nobisque rescribere callide[m] omisisti, missos[n] tuos vel epistolas, quas te missurum[o] indicasti, hactenus[p] ad contemptum[q] apostolicae sedis non direxisti. Quodsi quis alius[3] tale tibi dedit[r] consilium, fidem circa te minime[s] veram[s] servavit; si autem in hoc tuo tantum consilio usus es, minus regalis excellentia quam debuit fecit.

De pacis vero et concordiae[t] unitate, cuius nos inter piissimum Caesarem et te mediatores esse debere suggesseras, libentissime suscepimus et agere coepimus. Sed illi contra hostes christiani nominis dimicanti[u], pro liberatione populi Dei[v] multis laboribus insistenti [cf. Iudith 12, 8.] et bella Domini praeliando Saracenorum multitudinem superanti, ut pax fieret, cedere noluisti, [cf. 1. Reg. 18, 17.] quin potius non ut pacis amator, sed ut scandali concitator, etiam et tyrannidis manifestissimus executor pacis tempus non es[w] praestolatus, quia, postquam haec illi callide mandare curasti, domni[x] imperatoris regnum magis ac magis invasisti, sollicitasti, ordinasti et homines ipsius regni ad tuam fidelitatem[y] iurare fecisti. Cui talia facere pertimesceres, nisi ipse tantis laboribus ad perpetuam pacem sanctae ecclesiae die noctuque pro Christi amore fidenter hereret. Qui a[z] coeptis[z] bonis, in quibus illi te solamina oportebat conferre magis quam christianum populum contra fidem debitam[a'] persequi[b'], manum et opus non subtrahens [cf. Eccle. 7, 19.] dubium non est, quod omnipotentem Dominum ad haec peragenda sibi propitium faciet et de hostibus christiani nominis triumphum cito percipiet. Sed his succincte[c'] prolatis, quoniam, ut praediximus[4], sicut omnium pondera in humeris nostris gestamus, ita omnium actus praevidere debemus, ne pro humanis favoribus nos haec dicere quis existimet, si forte accideret, ut principes nostri, quibus a[d'] te[d'] pervasum[e'] regnum iure debetur, sibi illatas iniurias non vindicarent, nos usque ad veram emendationem, quia omnes salvare[f'] volumus, periuria[g'] illa atque invasionum tyrannides inpunitas[h'] nullo pacto[i'] dimitteremus; quia non

---

a) ñquid *C.* b) *corr. ex* sede *B.* c) *om. C.* d) meas *B.* e) sumptis *B, C; cf. infra p. 727 l. 3, p. 729 l. 25.* f) vindita, n *post. add. B.* g) dimittere impunitum *C.* h) ad *B.* i) michi *add. C.* k) directi sunt *B.* l) *sequitur rasura unius litt. B.* m) calide *B.* n) misos *B.* o) *prim.* s *superscr. B.* p) actenus *B.* q) p *superscr. B.* r) *prim.* d *superscr. B.* s) veram minime *C.* t) concordia *B.* u) dimicantes *C.* v) *fol. 85 in marg. dext. ex parte del. vix legi potest B.* w) executus nec *add. C.* x) dñi *C.* y) felicitatem *C.* z) *ita Edit.;* acceptis *B, C.* a') e *corr. B.* b') *corr. ex* consequi *B.* c') succinte *B.* d') ait *C.* e') pervasu *B.* f') sauare *C.* g') peiuria *B.* h') *in fine ras. B.* i') peccato *B;* modo *C.*

1) *Quae non extat. Referenda esse haec potius ad ea, quae accidisse a. 858 constat, quam ad Ludovici III. Aquitanicam invasionem a. 854 (cf. M R.² 1407b. 1411a) annotavit Dümmler I², 454sq. ann. 4.* 2) *Ad hunc locum ex Nicolai I. epistola Hincmaro directa afferens:* Ecce quomodo statum eorum cupivisti! Ecce quomodo statum quaesisti! *(supra p. 428 l. 30sq.) has litteras ab eodem dictatore Anastasio esse compositas concludit Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 256.* 3) *Hincmarum sentit; cf. infra ep. n. 23 p. 728.* 4) *Supra p. 724 l. 20.*

870 Iun. 27.

ambitione regni, sed iustitia commovemur[a] et non terrarum spatia quaerimus, sed ex debito vitiis[b] ac pravitatibus cuiuscumque resistere vigilamus.

Igitur, ut interim perpaucis gloriam tuam conveniamus, monemus et auctoritate apostolica modis[c] quibus[c] possumus[c] spiritaliter suademus paternoque affectu[d] praecipimus, ut iam tertio monitus ab invasione regni spiritalis filii nostri christianissimi principis te penitus[e] subtrahas et compescas, aliena non concupiscas et quod tibi non vis fieri alii non facias. (cf. Tob. 4, 16; Matth. 7, 12.) Noli iustis tuis competentibusque tibi rebus iniuste captas tyrannice sociare[f], ne et iuste possessas amittas et iniuste pervasas iusto Dei iuditio te ambisse peniteat. Nos etenim, quoniam salvum te consistere cupimus et, ut anima corporeque felici successu polleas, anhelamus[g], nisi saltem nunc nostris aliisve[h] salubribus parueris[i] monitis et ut prius inoboediens nostrae spiritali censurae constiteris, nullo pacto nulloque praetermittemus ingenio, quominus Deo iuvante nosmet[k] ipsi partes illas petamus[k] et quod nostri est ministerii penitus peragamus.

Postremo magnopere commonemus, ut hos apostolatus nostri praecipuos missos[1], Iohannem videlicet atque Petrum, Wibbodum[l] et Iohannem[m], reverendos episcopos[2], necnon et Petrum, religiosum[n] presbyterum cardinis nostri[3] dilectumque[o] familiarem[p] nostrum, pro principum apostolorum ab omnibus praeferenda reverentia et amore benigne suscipias et utpote a tanta sede digressos honorifice receptos colas; ipsis[q] enim quae pagina reticuit tibi dicenda iniunximus. Et ideo, quicquid verbotenus exposuerint, sine scrupulo prorsus admitte et, ut efficaces ad nos reverti valeant, omnimodis vigila.

Optamus gloriam tuam in Christo nunc[r] et[r] semper[r] bene valere.

Dat. V. kal. Iul.[s] indictione III.

22.

Hadrianus archiepiscopos et episcopos in regno Karoli Calvi constitutos propter contemptionem apostolicorum monitorum vituperat; insistant, ut rex regni iura ad se non pertinentia invadere desinat. Legatos commendat. *870 Iun. 27.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 85'–86 (B); Laudun. 407 fol. 194–195' (C); Remens. 672 fol. 211_2–$211'_1$ (D). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 870 n. 7–9; Sirmond, Conc. Gall. III, 389; Bouquet VII, 450; Mansi, Conc. coll. XV, 845; Migne, Patr. lat. CXXII, 1299. — Cf. J.-E. Reg. n. 2927 (2222).

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN REGNO KAROLI GLORIOSI REGIS CONSTITUTIS[a][4].

Nuper apostolatus nostri missis atque epistolis[5] reverentiam vestram salutiferis exhortationibus, ut vobismet ipsis consuleretis, monuimus et, iuxta quod vos oportuit, paternitatis[b] affectu non inmerito corripuimus. Sed tantum apostolica monita contempsistis, quantum nec nostris epistolis respondistis nec regem vestrum Karolum grave facinus incurrentem procul[c] dubio[c] doluistis. An non grave scelus incurrit, quando, sicut multi[d] vestrum noverunt, sui oblitus iusiurandum, quod olim[e] cum[f] fratribus[e] suis[e] pepigit, quo[g] nemo illorum regnum

---

*) *Superscriptio:* Item cuius supra *D.*

a) commovemus *B.* b) *fol. 85' in marg. sinist. infer. ex parte non iam legi potest B.* c) quibus possumus modis *C.* d) tibi *add. C.* e) ponitus *B.* f) sotiare *B.* g) anelamus *B.* h) aliis sit *B.* i) carueris *B, C.* k) partes illas petamus nosmet ipsi *C.* l) Wibodum *C.* m) oihm *B.* n) —li— *superscr. B.* o) dilectum *C.* p) familiare *B;* familiaremque *C.* q) Ipsi *C.* r) *desunt C.* s) Iulii *C.*

22. a) consistentis *B.* b) fraternitatis *C.* c) *desunt D.* d) *sequitur ras. unius litt. B.* e) suis olim fratribus *D.* f) *deest D.* g) quod *D.*

1) *Cf. O. Engelmann l. l. p. 76 ff.* 2) *E quibus novimus tantum Wibodum Parmensem (ca. 857–895). Cf. etiam Iohann. VIII. ep. n. 28, MG. Epist. VII, 26 cum ann. 3.* 3) *Cf. Engelmann l. l. p. 76.* 4) *Cf. supra p. 724 ann. 2.* 5) *V. supra ep. n. 17 p. 719 sq.*

fratris[a] alterius invaderet vel usurparet, ut evidentissime[b] patefactum[c] est, regnum[a] quondam Hlotharii imperatoris, quod iure divo imperatori domino[d] Hludouuico[e] filio eius semper augusto debetur, spretis iuramentis invasit et periurii[f] incidit crimen? Unde valde miramur, obstupescimus et dolemus, ut, si vos fidem illi promisistis, quare vosmet ipsos perditis et non eum modo suggerendo, modo illud aut illud opponendo, ut resipiscat, circumvenitis, quin potius vobis consentiendo et illi tam detestabilia faciendo, quod vestri non fecere parentes, gehennam[g] paratis. Praefatus siquidem imperator terrena regna non ambiens pro liberatione populi Dei multis laboribus fatigatus triumphales in Saracenorum[h] cervices potius manus quam in eum regnum suum tollentem extendit[i].

870 Iun. 27.

Redite ergo ad vos, dilectissimi, et[k] olim foedera inter seniorem vestrum fratresque illius cum iuramentis habita, sed modo corrupta reformentur, sine cessationibus laborate. Commonete iugiter[l] illum iuxta vestrum ministerium et, ut episcopalis in vobis non refrigescat caritas, praevidete, et, si eum salvum consistere vultis, ut regni iura ad se non pertinentia desistat[m] invadere[m], oportune inportune insistite. Aliena non concupiscat[n], aliena non rapiat et quod[o] sibi non vult fieri alii prorsus non faciat. Reminiscatur scripturae dicentis: 'Non concupisces rem[p] proximi tui'; et rursum: 'Omnia quaecumque[q] vultis ut faciant[r] vobis homines, eadem et vos facite illis.' Nos[s] enim non tantum regnum cuicumque augmentando[t] quam iustitiam requirendo ista prosequimur et, ne quis pro temporali regnum perdat aeternum, non indebite contestamur. Quodsi[u] et nunc his salubribus nostris exhortationibus[v] atque monitionibus tam iam fatus[w] rex quam vos[x] parere contempseritis, scitote, quia ducti paterno affectu ferventissimoque zelo iustitiae statim Christo[y] opifice partes illas penetrabimus et in contemptores dignam dabimus ultionem.

cf. Esth. 15, 11. — cf. Matth. 24, 12. — cf. 2. Tim. 4, 2. — cf. Tob. 4, 16. — Exod. 20, 17. — Matth. 7, 12.

Postremo[1] magnopere commonemus, ut hos apostolatus nostri praecipuos missos, Iohannem videlicet atque Petrum seu Wibbodum[z] et Iohannem, reverendos episcopos, necnon et Petrum, religiosum presbiterum cardinis nostrae[a'] dilectumque nostrum familiarem, pro principum apostolorum ab omnibus praeferenda reverentia et amore benigne suscipiatis et utpote a tanta[b'] sede digressos honorifice receptos colatis; ipsis enim quae pagina[c'] reticuit[c'] vobis dicenda iniunximus. Et ideo, quicquid verbotenus exposuerint, sine scrupulo prorsus admittite et, ut efficaces ad nos reverti valeant, omnimodis vigilate.

Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.

Dat. V. kal. Iulii[d'] indictione III.

23.

Hadrianus Hincmaro Remensi archiepiscopo epistolam 'multis et magnis increpationibus repletam' mittit; insistat, ut Karolus Calvus ab invasione regni Ludovici II. imperatoris recedat. Legatos commendat. *870 Iun. 27.*

Cod. Laudun. 407 fol. 195'–197' (B).

Edd. Sirmond, Conc. Gall. III, 390; Mansi, Conc. coll. XV, 846; Migne, Patr. lat. CXXII, 1301. — Cf. J.-E. Reg. n. 2928 (2223).

---

a) fratris — regnum *in infer. marg. sign. appos. add. C.* b) evidentissimae *B.* c) patet factum *B, D.* d) domno *C.* e) Luduuico *D.* f) peiurii *B.* g) gehannam *D.* h) Saranorum *B;* Sarracenorum *C.* i) extendat *D.* k) ut *suppletur in Edit.* l) igitur *C.* m) invadere desistat *D.* n) concupiscas *B.* o) *superscr. B.* p) res *D.* q) quae *C.* r) fatiant *B.* s) Non *C.* t) augendo *C.* u) Quod *D.* v) exortationibus *B, D.* w) factus *D.* x) nos *D.* y) *ead. man. superscr. corr. ex* Christi *C.* z) Wibodum *D.* a') *sic B, C;* nostri *D.* b') *secund.* t *corr. ex* d *B.* c') paginare ticuit *B.* d') iul *B.*

1) *Cf. supra p. 726 l. 13 sqq.*

870 Iun. 27.

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HINCMARO REMENSI ARCHIEPISCOPO[1].

Si beneficiorum Domini, quae sedis apostolicae instantia consecutus es, memor esses aut si ita de proximi, sicut de propriis, casibus iuxta quod scriptum est condoleres, profecto aut amor Dei aut timor gehennae ad pastoralis curae te ministerium peragendum a somno desidiae excitaret et ad adnuntiandum iniquo iniquitatem suam vel modicum invitaret. Sed, ut in multis cernimus et oculo mentis[a] nostrae conspicimus, abundante iniquitate et multorum caritate refrigerante ipsi pastores mercennariorum mores secuntur, qui vident lupum venientem et dimittunt oves et fugiunt. Primum tamen reminisci debes, si umquam apostolicis epistolis non rescriptum sit et convenientibus responsis de negotiis, unde agebatur, apostolicae sedi remissum, sicuti tuam reverentiam pro nostro contemptu fecisse penitus constat, quando nuper per nostros missos in Galliarum partes epistolas[2] tam tibi quam aliis destinavimus et nullum inde responsum recepimus.

(cf. Eccli. 4, 27. — cf. Matth. 24, 12. — cf. Ioh. 10, 12.)

Sed quia de his alio loco dicendum est, restat ut te de tuis actibus per iustitiam, ex caritate tamen, reprehendere non omittamus. Quis[3] igitur melius te novit, quod filii quondam Hludouuici[4] imperatoris in unum convenientes regnum inter se diviserunt[5] iureque iurando sibi invicem promiserunt[b], ut nullus eorum regnum alterius fratris sibi usurparet aut omnino pervaderet? Et tunc Karolus rex iuramentis illis contemptis regnum, quod Hlothario[6] imperatore defuncto domino serenissimo imperatori filio eius[7] debetur, invasit et fidem debitam violavit. Tu vero, quia siluisti et contra tale facinus saltem leviter non insurrexisti, non solum consors, sed etiam, quod est deterius, huius tyrannidis auctor esse videris. Et ideo, ne et nos ipsi pro taciturnitatis silentio apud Deum, redditorem unicuique iuxta opus suum, reprehensibiles esse videamur, apostolicis somnolentiam vestram excitamus affatibus et, qui aliter non debemus, ut ad te revertaris, praecipimus. Memento, quod Dominus tales per prophetam increpet dicens: 'Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel[c], ut staretis in praelio in die Domini.'

(cf. Matth. 16, 27; Rom. 2, 6. — cf. Luc. 15, 17. — Ezech. 13, 5.)

Quocirca, ut ab invasione regni spiritalis filii nostri Hludouuici principis rex vester iam tertio monitus procul recedat, insiste; ut amplius periurium non incurrat, invigila et, ut pro retro culpis peractis apostolatus nostri iaculis non feriaris, praecave; quia neque tu, qui honore et dignitate ceteris illius regni episcopis es sublimior[8], silentiis opprimi debes neque, si non regi prave agenti restiteris, coram nobis excusabilis poteris inveniri. Mone igitur eum, ut se corrigat regnumque quondam Hlotharii imperatoris, quod ad eum non pertinet, invadere iam desistat. Iam vero, si in obstinationis suae perfidia post vestram conventionem persistere maluerit quam iuxta nostra monita resipiscere, ab illius vos communione atque consortio sequestrate et secundum apostolum nec 'ave' ei dicentes, si nostrae communionis vultis esse participes, praesentiam eius modis omnibus devitate. Nam et nos ita uniuscuiusque iustitiam volumus et exquirimus, ut, si idem rex nostris apostolicis exhortationibus salubribusque praeceptis mox susceptis his litteris non oboedierit et a tantis tyrannicis factionibus non declinaverit, adiuvante Deo nec mora continuo iter nostrum nostros subsequetur legatos et, quicquid de talibus tantisque viris Deum per nos omnino spernentibus oportet peragere, praeveniente gratia sancti spiritus praesentialiter peragemus, nullo pacto nulloque retractationis impedimento talia sine ultione digna praetermittentes.

(cf. 2. Ioh. 10.)

Postremo[9] magnopere commonemus, ut hos apostolatus nostri praecipuos missos, Iohannem videlicet atque Petrum seu Wibbodum et Iohannem, reverendos episcopos, nec-

23. a) m *in ras. B.* b) promiserant *B.* c) isrl̄ *B.*

1) *Cf. Hincmari responsionem, Migne, Patr. lat. CXXVI, 174sqq. — Schrörs p. 309sqq.; Dümmler II², 309sqq.; Parisot p. 388sqq.; Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 257sq.* 2) *Supra p. 717 sqq. nn. 16—18.* 3) *Hic locus ad verbum ab Hincmaro allegatur, Migne, Patr. lat. CXXVI, 176sq.* 4) *I. (814—840).* 5) *Scilicet a. 843 pacto Viridunensi.* 6) *I. († 855).* 7) *Videlicet Ludovico II.* 8) *Cf. E. Lesne, 'La hiérarchie episcopale' p. 172sq.* 9) *Cf. supra p. 726 l. 13sqq.*

non et Petrum, religiosum presbyterum cardinis nostrae[a] dilectumque nostrum familiarem, pro principum apostolorum ab omnibus praeferenda reverentia et amore benigne suscipias et[b] utpote a tanta sede digressos honorifice receptos colas; ipsis enim quae pagina reticuit tibi[c] dicendum[d] iniunximus. Et ideo, quicquid verbotenus exposuerint, sine scrupulo prorsus admitte et, ut efficaces ad nos reverti valeant, omnimodis vigila.

870 Iun. 27.

Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere.

Data V. kal. Iulii indictione tertia.

24.

Hadrianus omnes optimates regni Karoli Calvi propter contemptionem apostolicorum monitorum vituperat; insistant, ut rex regni iura ad se non pertinentia invadere desinat. Legatos commendat. *870 Iun. 27.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 86—86' (B); Remens. 672 initium tantum exhibet epistolae fol. 211'₁ (C). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 870 n. 10—11 (in fine non integra); Sirmond, Conc. Gall. III, 391; Mansi, Conc. coll. XV, 847; Migne, Patr. lat. CXXII, 1302. — Cf. J.-E. Reg. n. 2929 (2224).

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS OPTIMATIBUS REGNI KAROLI GLORIOSI REGIS[1].

Nuper apostolatus nostri missis atque epistolis[2] reverentiam vestram[a] salutiferis exhortationibus[b] ut[c] vobismet ipsis consuleretis monuimus et, iuxta quod vos oportuit, paternitatis[d] affectu non inmerito corripuimus[e]. Sed tantum apostolica monita contempsistis, quantum nec nostris epistolis respondistis nec regem vestrum Karolum grave facinus incurrentem procul dubio doluistis. An non grave scelus incurrit, quando, sicut multi vestrum noverunt, sui oblitus iusiurandum, quod olim cum fratribus suis pepigit[f], quo nemo illorum regnum fratris alterius invaderet vel usurparet, ut evidentissime patefactum est, regnum[g] quondam Hlotharii imperatoris, quod iure divo imperatori domino Hludouuico filio eius semper augusto debetur, spretis iuramentis invasit et periurii incidit crimen? Unde valde miramur, obstupescimus et dolemus, ut, si vos fidem illi promisistis, quare vosmet ipsos perditis[h] et non eum modo suggerendo, modo illud aut illud opponendo, ut resipiscat, circumvenitis, quin potius vobis consentiendo et illi tam detestabilia[i] faciendo, quod vestri non fecere parentes, gehennam paratis. Praefatus siquidem imperator terrena regna non ambiens pro liberatione populi Dei multis laboribus fatigatus triumphales in Saracenorum[k] cervices potius manus quam in eum regnum suum tollentem extendit.

Redite ergo ad vos, dilectissimi, et, ut olim foedera inter seniorem vestrum fratresque illius cum iuramentis habita, sed modo corrupta reformentur, sine cessationibus laborate et, si eum salvum consistere vultis, ut regni iura ad se non pertinentia desistat invadere[l], oportune[l] inportune[l] insistite. Aliena non concupiscat[m], aliena non rapiat et quod sibi non vult fieri alii prorsus non faciat. Reminiscatur scripturae dicentis: 'Non concupisces rem proximi tui'; et rursum: 'Omnia quaecumque vultis ut faciant[n] vobis homines, eadem[o] et

cf. Esth. 15, 11. cf. 2. Tim. 4, 2. cf. Tob. 4, 16. Exod. 20, 17. Matth. 7, 12.

---

*) *Superscriptio:* Cuius supra *C.*

a) *sic B.* b) *om. B.* c) *in ras. B.* d) *sic B.*

24. a) *deest C.* b) exhortionibus *B.* c) *fol. 86 in dext. marg. infer. del. ex parte legi non iam potest B.* d) caritatis *C.* e) *Hic est finis in C, ubi sequitur:* Ut supra, *id est in epistola n. 22, supra p. 726 sq.* f) *secund.* p *corr. ex* g *B.* g) regnā *B.* h) perdistis *B; cf. supra p. 727 l. 4.* i) detestabia, te *superscr. B.* k) Saranorum *B.* l) *in marg. corr. pro* invadere oportune *B.* m) *corr. ex* concupiscas *B.* n) fatiant *B.* o) eandem *B.*

1) *Scil. Calvi. — Est eiusdem tenoris haec epistola atque supra n. 22 p. 726 sq. ad episcopos directa.* 2) *Supra n. 16 p. 717 sqq.*

870 Iun. 27. vos facite illis.' Nos[a] enim non tantum regnum cuicumque augmentando quam iustitiam[b] acquirendo ista prosequimur et, ne quis pro temporali regnum perdat eternum, non indebite[c] contestamur. Quodsi et nunc his salubribus nostris exhortationibus atque monitionibus tam iam fatus rex quam vos parere contempseritis, scitote, quia ducti paterno affectu ferventissimoque zelo iustitiae statim Christo opifice partes illas penetrabimus et in contemptores dignam dabimus ultionem. 5

Postremo[1] magnopere commonemus, ut hos apostolatus nostri praecipuos missos, Iohannem videlicet atque Petrum seu Wibbodum et Iohannem, reverendos episcopos, necnon et Petrum, religiosum presbiterum cardinis nostrae[d] dilectumque nostrum familiarem, pro principum apostolorum ab omnibus praeferenda reverentia et amore benigne suscipiatis et 10 utpote a tanta sede digressos honorifice receptos colatis; ipsis enim quae pagina reticuit vobis dicenda iniunximus[e]. Et ideo, quicquid verbotenus exposuerint, sine scrupulo prorsus admittite et, ut efficaces ad nos reverti valeant, omnimodis vigilate.

Optamus industriam vestram in Christo bene valere.

Dat. V. kal. Iul. indictione III. 15

25.

Hadrianus Ludovicum Germaniae regem, quia ab invadendo regno Ludovici imperatoris abstinuerit, laudat. Missos suos cum legatis imperatoris ad illum et Karolum Calvum regem directos commendat. Confirmationem Coloniensis archiepiscopi sine consultu sedis apostolicae ordinati denegat. *870 Iun. 27.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 87'–88 (B); Trever. 1081(LXXI) fol. 27'–28' (C). — Vallic. J. 49. 20

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 870 n. 12–14; Sirmond, Conc. Gall. III, 392; Bouquet VII, 451; Mansi, Conc. coll. XV, 848; Migne, Patr. lat. CXXII, 1303; H. J. Floss, Leonis papae VIII. privilegium de investituris p. 89. — Cf. J.-E. Reg. n. 2930 (2225).

HADRIANUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO HLUDOUUICO[b] GLORIOSO[c] REGI[2]. 25

Sicut saepe per missos et epistolas vestras comperimus, de exaltatione[d] matris vestrae Romanae ecclesiae iocundamini et cum carissimo filio nostro domino Hludouuico[e3] augusto omnem concordiam omnemque pacis dilectionem et fidei possidetis[f] et insolubiliter, quemadmodum idem serenissimus imperator nobis innotuit, vos retinere[g] multis coram positis profitemini. Unde gloriosae vestrae serenitati nonnullas grates referimus et, ut in coeptis[h] 30 bonis perseveretis, apostolicis affatibus[i], fili[k] karissime, incitamus; quoniam scriptum est: Matth. 10, 22. 'Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.' Sed et laudanda est plane vestra constantia, quae sui non inmemor fidem promissam merito custodivit et — velut frater vester Karolus[4] — alterius regni iura, Hlotharii quondam[l] scilicet imperatoris, quae iuxta divinas atque humanas leges eidem piissimo imperatori filio eius debentur, nec invasit nec concupivit[5]. 35 Pro quibus scilicet iniquissimis actibus, quos idem Karolus Deo contempto peregit, et pro[m] iuramentis, quae corrumpere non trepidavit, valde obstupescimus et miramur, quia et illorum, quos deviare cognoscimus, tantum animarum pericula gemimus et dolemus, quantum pro

---

a) Non *B.* b) *hic et infra ex parte verba fere evanuerunt B.* c) indebitę *B.* d) *sic B.* e) *secund.* n *post. add. B.* 40

25. a) Adrianus *C.* b) Ludoico *C.* c) gloriose *B.* d) karissime *add. C.* e) Ludouuico *C.* f) posidetis *B.* g) retine *(in fine lin.) B.* h) preceptis *C.* i) affribus *C.* k) filii *C.* l) quendam *C.* m) per *B.*

1) *Cf. supra p. 726 l. 13 sqq.* 2) *Germaniae. — Cf. Dümmler II², 306 sq.; Parisot p. 384; M R.² 1480 b.* 3) *II.* 4) *Calvus.* 5) *At Lotharii II. regno ad Marsnam mense Aug. 870 diviso* 45 *Aquisgrani haec epistola Ludovico Germanico delata est.*

870 Iun. 27.

omnibus illi[a], qui nos suo[b] gregi[b] praeesse dignatus est, rationes ponere procul dubio compellemur. (cf. Matth. 18, 23. 24.)

Veruntamen missos nostri apostolatus[1] cum eiusdem spiritalis filii nostri augusti[c] legatis[2] tam ad vos quam ad eundem Karolum, sicut nos nuper facere proposuimus, ecce direximus. Quos benigne ac[d] honorifice pro amore apostolorum suscipientes[e] omnes utilitates et oportuna in opere praesenti negotia cum eis tractetis[f], quatinus his peractis, sicut per[g] vos[g] nos et saepedictus augustus speramus, idem missi salvi atque illesi per vestrum adiutorium[h] ad praedictum regem duce[i] Deo[k] perveniant et regredi valeant. Iam vero si idem rex ab invasione illa cessaverit et suae tyrannidi[l] cesserit, ecce bene; sin autem, scitote, quia per nos illuc iter veniendi accelerabimus et[m] utpote periurum[n] ac invasorem eum sinodice iudicabimus[m] et velut in contemptorem Dei ac apostolicarum[o] monitionum[p] ultionem debitam inferemus, ne nobis[q], si ille inpunitus remanserit et[r] se a[s] pravis[s] actibus, periuriis[t] scilicet ac[u] concupiscentiis[u] aliisque[v] nefandis sceleribus, non correxerit, venturus iudex eum de manibus nostris requirat et pro desidia merito reprehendat. (cf. Ezech. 6, 18. 20.)

Miramur[3] praeterea gloriam vestram in praeficiendo episcopo Agrippinae[w] Coloniae[x] tam indiscrete[y] praebuisse consensum[4], cum evidentissime scias, quod apostolicae sedis iuditio atque consultu ibidem debuerit ordinari antistes, cuius censura nuper fuerat eadem ecclesia suo privata rectore[5]. Et quidem, quod praeiuditium[z] sedis apostolicae factum est[a'], dure suscepimus; sed quod tua super hoc devotio, quam circa nos habere probaris, omnimodis latuit[b'], durius estimamus, praecipue[c'][6] quia Guntharii[d'] dudum[e'] archiepiscopi[7] causam, antequam in loco illius substitueretur episcopus, nos iterum audituros et vocem eius admissuros fore spopondimus[8]. Praefatam quippe ordinationem nec confirmamus nec ratam haberi decernimus, quousque ille, qui ordinatus est, nostrae exibeatur praesentiae et utraque pars[f'] coram nobis discussa conventus[g'] synodalis perpendatur audientiae[h'].

Postremo[9] magnopere commonemus, ut hos[i'] apostolatus nostri praecipuos missos, Iohannem videlicet atque Petrum seu Wibbodum[k'] et Iohannem, reverendos episcopos, necnon et Petrum, religiosum presbiterum cardinis nostrae[l'] dilectumque nostrum familiarem, pro

---

a) illis *C.* b) *part. in ras. B.* c) aug̅ *in marg. sinistr. post. add. B.* d) et *C.* e) *membran. ex parte del. B.* f) tractens *C.* g) vos *B; om. Edit.* h) adiutorum *C.* i) ducē *C.* k) do *B.* l) tyrandidi *C.* m) et — iudicabimus *om. B.* n) peiurum *C.* o) apostolicorum *B, C.* p) monitionem *B.* q) imputetur *add. Edit.* r) si *add. Edit.* s) apravati, s *in fine eras. C.* t) *ras. corr., ut vid., in* peiuriis *B;* peiuris *C.* u) a concupiscentiis *B, C.* v) *spatium vacuum relictum inter* aliis *et* que *B.* w) Agripinę *B.* x) *ras. corr. B.* y) r *suprascr. B.* z) post iuditium *B.* a') *om. C.* b') tacuit *Edit.* c') praecipuę *B.* d') h *suprascr. C.* e') *suprascr. C.* f') a *suprascr., ras. inter* r *et* s *B.* g') conventu *C.* h') audientia *Edit.* i') o̅s *B.* k') Wibodum *C.* l') *sic B, C.*

1) *V. infra l. 25 sqq.* 2) Wicbodum scilicet episcopum *(quem suum missum in his et praecedentibus litteris papa significat)* et Bernardum comitem *nominat Hincmarus, Ann. Bertin. a. 870 ed. Waitz p. 113. Cf. etiam Ann. Fuld. a. 870 ed. Kurze p. 72:* venerunt ad eum legati Hludowici imperatoris de Italia simulque Adriani papae. *MR.² 1245a. 1480b; Parisot p. 383 ann. 2; Engelmann l. l. p. 76 ann. 3.* 3) *Haec verba* Miramur *usque ad* consensum *(l. 16) laudantur in epistola Ludovici Germanici supra p. 252 l. 13 sq. — Cf. ad hunc locum Imbart de la Tour, 'Les élections épiscopales dans l'église de France' p. 147.* 4) *Cf. Ludovici epistolam supra p. 248 sq. n. 6 (MR.² 1474). A. 870 Ian. 7 Willibertus archiepiscopus Coloniensis (870—889) ordinatus erat, v. supra p. 243 l. 30 sqq.* 5) *Alludit ad Guntharii et Theutgaudi depositionem in synodo Romana a. 863 factam, cf. supra p. 285 c. 2.* 6) *Hunc quoque locum* Praecipue *usque ad* spopondimus *(l. 22) allegat Ludovicus rex supra p. 252 l. 15 sq.* 7) *A. 850—863.* 8) *Cf. supra p. 246 l. 31 sqq. Guntharii epistolam:* Scit vestra beatitudo, pater sanctissime, quomodo me vestra cum laetitia a Roma recedentem tempore designato Romam iterum reverti iussistis, spem mihi pristini repromittentes officii; *econtra Ludovicus Germanicus papae rescripsit (supra p. 252 l. 16 sqq.):* De qua audientia et sponsione nulla notitia ad nos nec ad nostros episcopos hactenus pervenit. — *V. etiam Dümmler, 'Sitzungsberichte der K. Preußischen Akademie der Wissenschaften, Philos.-Hist. Kl.' 1899 p. 760 cum ann. 3.* 9) *Cf. supra p. 726 l. 13 sqq.*

870 Iun. 27. principum apostolorum ab omnibus praeferenda reverentia et amore benigne suscipiatis et[a] utpote a tanta sede digressos honorifice receptos colatis; ipsis enim quae pagina reticuit vobis dicenda iniunximus[b]. Et ideo, quicquid verbotenus exposuerint, sine scrupulo prorsus admittite[c] et, ut efficaces ad nos reverti[d] valeant, omnimodis vigilate.

Optamus gloriam tuam in Christo nunc et semper bene valere. 5

Dat. V. kal. Iul. indictione III.

26.

Hadrianus archiepiscopos et episcopos in regno Ludovici Germanici constitutos exhortatur, ut pro pace inter regem suum et Ludovicum imperatorem conservanda laborare pergant. Legatos commendat. *870 Iun. 27.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 88—88' (B); Trever. 1081 (LXXI) fol. 28—28' (C). — Vallic. J. 49. 10

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 870 n. 15; Sirmond, Conc. Gall. III, 393; Bouquet VII, 452; Mansi, Conc. coll. XV, 849; Migne, Patr. lat. CXXII, 1305; Floss, Leonis papae VIII. privilegium de investituris p. 92. — Cf. J.-E. Reg. n. 2931 (2226).

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS[a] NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN REGNO HLUDOUUICI GLORIOSI REGIS[1] CONSTITUTIS SALUTEM. 15

Gratias[b] agimus Deo omnipotenti pro vobis, quia[c], sicut fidelium relatione[d] conperimus, ut inter serenissimum principem nostrum domnum[e] Hludouuicum[e] augustum et gloriosum regem equivocum eius et patruum, seniorem scilicet vestrum, firma karitas et pax perpetua maneat, utpote fidei custodes invigilatis et, ut foedera inter eos habita inconvulsa[f] consistant, 20 suadere curatis. Quocirca[g], dilectissimi[h], nostris[i] vos apostolicis monitis exhortamur, ut in[k] hoc semper perseveretis, ut[l] id ipsum ei suadere puro pectore studeatis. Tam est[m] enim illi[n] invictus augustus benivolus, quantum[o] erga[o] omnes probatur esse piissimus. State ergo (cf. 1. Cor. 16, 13.) in fide, viriliter agite et Deo odibilium facta declinate; (cf. Rom. 1, 30.) quia non decet vos fidem vestram corrumpere, sicut illos, qui Karolo regi seniori suo pro humano[p] favore consenserunt, ut regnum[q] 25 ipsius principis nostri pervaderet[r] et periurii[s] noxam incurreret. Pro quibus vos merito conlaudamus et, ut in coeptis perseveretis, paternitatis affectu[t] praecipimus; quia (Matth. 10, 22.) 'qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit'.

Postremo[2] magnopere commonemus, ut hos[u] apostolatus nostri praecipuos missos, videlicet Iohannem atque Petrum seu Wibbodum[v] et[w] Iohannem, reverendos episcopos, 30 necnon et Petrum, religiosum presbiterum[x] cardinis[y] nostrae[z] dilectumque nostrum familiarem, pro principum apostolorum ab omnibus praeferenda reverentia et amore benigne[a'] suscipiatis et utpote a tanta sede digressos honorifice receptos colatis; ipsis enim quae pagina reticuit[b'] vobis dicenda iniunximus[c']. Et ideo, quicquid verbotenus exposuerint[d'], sine scrupulo prorsus admittite et, ut efficaces ad nos reverti valeant, omnimodis vigilate. 35

Optamus sanctitatem vestram in Christo bene[e'] valere.

Dat. V. kal. Iul. indictione III.

---

a) *om. B.* b) iniuncximus *C.* c) *prim.* t *suprascr. B.* d) reverenti *B.*

26. a) cumfratribus *B.* b) Gratia *B.* c) qui *B;* quod *Edit.* d) relacio *C.* e) dñm Ludouuicum *C.* f) inconfulsa *C.* g) Quodcirca *B;* Quocura *C.* h) i *(in fine) fere evanuit B.* 40 i) nostri *B, C.* k) *deest B.* l) et *Edit.* m) *fol. 88 in marg. dext. infer. ex parte del. B.* n) *om. C.* o) quatū ergo *C.* p) umano *C.* q) regnu *B.* r) persuaderet *C.* s) peiurii *C.* t) affectum *B.* u) *corr., ut vid., ex* nos *B.* v) Wibodum *C.* w) vel *C.* x) et *add. C.* y) *suprascr. corr. pro* cardines *C.* z) *sic B, C.* a') benigna *C.* b') reticiit *C.* c') iniuximus *C.* d') exposuerit *B.* e') *om. C.* 45

1) *Germaniae. Cf. supra p. 730 ann. 2.* 2) *Cf. supra p. 726 l. 13 sqq.*

27.

Fragmentum epistolae Hadriani, in qua Ludovico regi Germaniae de pallio Williberto Coloniensi archiepiscopo concedendo respondet. *870 Iul. 15.*

870 Iul. 15.

Damus hoc fragmentum secundum editionem epistolae Ludovici Germanici supra p. 252, cui insertum est. Et illa Ernesti Dümmleri et prior H. J. Flossii editio (Leonis papae VIII. privilegium de investituris 5 *p. 84–88) codice Treverensi 1081 (LXXI) fol. 26–27' utebatur (B). — Cf. J.-E. Reg. n. 2932.*

Dilectionis[1] vestrae litteris[2] in conspectu nostro recensitis reperimus Willibertum[3] quendam, virum, ut fassi estis, doctrina vitaque clarissimum, Coloniae archiepiscopum constitutum nostrumque pontificium, ut ei pallium dirigat, exoratum. Quod nos devotioni vestrae facillime largiremur, si modum[a] Williberti substitutionis, licet auctoritas nostrae 10 sedis crebro Coloniae archiepiscopum consecrandum delegerit, utcumque sciremus. Quapropter volumus sanctitas vestra non turbetur, quin potius missorum nostrorum[4] momentaneam praesentiam praestolemur. Cum quibus scilicet nostris legatis Williberti substitutionis modum cognoscentibus[b] apostolatum nostrum certiorem prorsus efficiat[c], ut pallium postulatum tandem sine cunctatione percipiat[5].

28.

15 *Hadrianus Karolum Calvum de causa Herlefridi presbyteri iniuste damnati retractanda admonet.* *869–870.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 93 (B); Remens. 672 fol. 212_2 (C). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 871 n. 101; Sirmond, Conc. Gall. III, 376; Bouquet VII, 458; Mansi, Conc. coll. XV, 837; Migne, Patr. lat. CXXII, 1305. — Cf. J.-E. Reg. n. 2935 (2229).

20 HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI KAROLO GLORIOSO REGI[a 6].

Quod praesentem presbyterum Herlefridum[b] potestate[c] sui praesulis plus quam canonica veritate perculsum ad sedem apostolicam utpote caput[d] omnium ecclesiarum[e] venire passi estis, bene quidem fecistis; sed tunc melius faceretis, si, quod in civili concilio apud suum episcopum perpere[f] gestum est, in provintiali synodo apud vos rationabiliter et apud[g] 25 fratrem nostrum Hincmarum archiepiscopum[7] cassarentur[h]. Quapropter apostolica dilectione

---

*) *Superscriptio:* Cuius supra *C.*

27. a) sinodum *B.* b) cognoscentes *B.* c) prorsum officiat *B.*

28. a) rege *B.* b) Herleffridum *C.* c) potestatis *B.* d) capiti *B.* e) aecclesiarum *B.* f) *ita B, C.* g) aput *B.* h) *ita B, C.*

30 1) *In epistola Ludovici, qui de varietate harum et litterarum supra n. 25 (p. 730 sqq.) mirabatur, huic fragmento inserto praecedunt haec (supra p. 252):* Siquidem Idus Iulii indictione tertia per nostrum memoratum legatum de ordinatione Agrippinensis episcopi hoc modo scripsistis ad locum, *e quibus tempus huius epistolae apparet. — Cf. Dümmler II², 305 sq.; Parisot p. 385; MR.² 1481.* 2) *Supra p. 248 sq. n. 6 (MR.² 1474).* 3) *Cf. supra p. 731 ann. 4.* 4) *Cf. supra p. 726 l. 13 sqq. Praesens epistola* 35 *per regium legatum delata est, v. supra ann. 1.* 5) *Haec multum differre ab eis, quae Hadrianus paulo ante in ep. n. 25 (p. 731 l. 15 sqq.) scripsit, ipse iam Ludovicus rex ei obiecit (supra p. 251 sq.).* 6) *Calvo. — De tempore huius epistolae cf. Schrörs, 'Hinkmar' p. 576 ann. 104.* 7) *Flodoardus, Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517 sq.) haec regesta ex epistolis Hincmari Erpuino (v. infra p. 734 l. 3) directis praebet:* Erpuino Silvanectensi pro quodam homine, quem irrationabiliter ab eo excommunicatum, 40 ut compererat, intimat, mandans, ut obviam sibi veniat et, quid inde rectius sit agendum, secum pertractet. Item pro quodam presbitero rebus ecclesiasticis indebite frustrato. Item pro quodam clerico, qui se preiudicium ab eo pati clamaverat. Item pro mandatis Adriani papae de prenotato presbitero. Item pro mandato regis regulariter exequendo; *v. etiam l. l. III, 23 (SS. XIII, 530) litteras Hincmari ad Odonem Bellovacensem episcopum* de causa Erpuini episcopi *(cf. Schrörs p. 536 sq. nn. 252.* 45 *265–268. 321).*

871 Mart. 25. gloriam vestram hortamur, ut aut praesentaliter[a] huic Herlefrido[b] presbytero suam ecclesiam[c] cum omnibus suis usque[d] ad tempus provintialis synodi hanc libere possessuro per[e] tempora[e], quod sacri canones[1] diffiniere[f], sollempniter reddere faciatis[g] aut Erpuinum[h] episcopum[2] suum legatum nobis, qui haec plenius veriusque renuntiet, praesentaliter[i] mittere cogatis, quatinus, dum luce clarius cuncta noverimus, sciemus[k], in quem apostolicae animadversionis sententiam proferamus.

Deus vos incolumem[l] custodiat, dilectissime fili.

29.

Hadrianus Hincmarum Remensem archiepiscopum excitat, ut comprovincialium suorum vitia synodice resecet. *871 Mart. 25.*

Cod. Paris. lat. 1594 fol. 7 (B); fol. 102 (B¹); fol. 204' (B²).

Edd. L. Cellotius, Concilium Duziacense I (Parisiis 1658) p. 71. 207; Delalande, Conciliorum antiquorum Galliae supplementa (Lutetiae Parisiorum 1666) p. 205. 240. 277; Mansi, Conc. coll. XVI, 582; Migne, Patr. lat. CXXII, 1306. — Cf. J.-E. Reg. n. 2936 (2230).

HADRIANUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HINCMARO ARCHIEPISCOPO[a 3].

Fidelium relatione comperimus, quod tua fraternitas debitum vigorem in provintia Remensi non agitans multa reprehensione dignissima a tuis comprovintialibus convalescant. Cuius rei gratia neglegentiam vestram his apostolicis affatibus excitamus, ut secundum venerandorum canonum regulas ita omnium omnino comprovintialium tuorum synodice, salvo sanctae Romanae ecclesiae privilegio, reseces vitia, ut privilegii tui coram Deo nostroque iudicio non merearis sustinere iacturam[4].

Optamus[b] fraternitatem tuam in Christo bene valere.

Data VIII. kal. April.

30.

Hadrianus Hincmaro Laudunensi episcopo praecipit, ut metropolitano suo per omnia subiectus existat; apostolorum limina secundum vota sua visitare ne differat. *871 (Mart. 25).*

Cod. Paris. lat. 1594 fol. 127—127' (B).

Edd. L. Cellotius, Concilium Duziacense I p. 247; Delalande, Conciliorum antiquorum Galliae supplementa p.205. 250; Mansi, Conc. coll. XVI, 660; Migne, Patr. lat. CXXII, 1306. — Cf. J.-E. Reg. n. 2938 (2232).

---

a) *ita B, C.* b) Herlesfrido *C.* c) aecclesiam *B.* d) ut *C.* e) *ita B, C.* f) definiere *C.* g) fatiatis *B.* h) Herpuinum *C.* i) *sic B;* praesentialiter *C.* k) *ita B, C.* l) incolum̄ *B;* incolumen *C.*

29. a) Hadrianus — archiepiscopo *om. B¹.* b) *reliqua om. B¹, B².*

1) *Hoc loco decretales Pseudoisidorianae significari videntur, in quibus exceptio spolii, quae vocatur, cum indutiis in favorem clericorum accusatorum iterum atque saepius occurrit, cf. Ps.-Felic. I. decr. c. 10 (Hinschius, Decr. Ps.-Isidor. p. 201); Ps.-Gai decr. c. 4 (Hinschius p. 215); Ps.-Eusebii decr. c. 11 (Hinschius p. 237); praef. c. 6 (Hinschius p. 18) et passim. V. etiam Nicolai I. epistolas supra p. 383 sq. (cum ann. 6), 420 sq., 430, 432, 495.* 2) *Silvanectensem (ca. 840—872), cf. Schrörs l. l.; Duchesne, 'Fastes épiscopaux' III, 118.* 3) *Haec epistola ter extat inter acta synodi Duziacensis a. 871, quae insunt codici Paris. lat. 1594: bis quidem in Hincmari Remensis libello expostulationis adversus Hincmarum Laudunensem (cf. Delalande, Concil. antiquor. Galliae supplem. p. 208. 240; Migne, Patr. lat. CXXVI, 567. 632), tertio autem episcopi synodi Duziacensis in epistola Hadriano II. directa eam allegaverunt, Delalande p. 277. Ex quo etiam loco hanc et sequentem epistolam per Ansegisum abbatem (postea Senonensem archiepiscopum) missas esse novimus:* — — suo metropolitano et eidem Hincmaro apostolicas litteras vestrae auctoritatis per Ansegisum dirigentes. *Quarum epistolarum dictatorem Anastasium bibliothecarium fuisse Lapôtre, 'De Anastasio' p. 261 suspicatur.* 4) *Secundum hoc mandatum papae Hincmarus Remensis 871 Iul. 5 Hincmarum Laudunensem ad concilium Duziacense convocavit rescripto quod incipit:* Domnus apostolicus Hadrianus misit mihi epistolas de causis nostrae dioceseos, quas oportet in synodo legi, *Delalande p. 208; Migne, Patr. lat. CXXVI, 567 (Schrörs p. 541 n. 313).*

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI HINCMARO LAUDUNENSI EPISCOPO[1]. 871 Iul. 13.

Sollicitudine pastorali super tuae remorationis negotio liquidius perscrutantes repperimus te sanctae sedis apostolicae promissa visitatione ambitus propriae voluntatis, quo satis tergiversatorie uti diceris, tepidum reddidisse; et aut numquam visitare sanctorum apostolorum limina devovisti[a] aut Dominum vota tua non audire credidisti aut et Dominum, cui vovisti, et nos, a quibus vocari voluisti, procul dubio contempsisti. Ergo, ne forte, ut credimus, occasione adeundae sedis apostolicae fretus a reverentissimi fratris nostri Hincmari metropolitani tui debita subiectione aliorsum declinans tanto liberius libita per abruptum[b] pertinaciae tuae committas, quantum et metropolitano tuo[c] regulariter subici et ad nos de die in diem differendo venire detrectas, auctoritate sancti spiritus tibi praecipimus, ut memor sacrorum canonum[2], qui iubent per unamquamque provinciam ius metropolitanos singulos habere debere, metropolitano tuo per omnia secundum sacros canones[3] subiectus existas neque moleste feras hunc tibi esse praelatum, qui te nosti tuis ovibus esse praepositum. Quin potius oboedientiam, quam a tuis exigis, etiam ipse metropolitano tuo, salvo dumtaxat sedis[d] apostolicae[d] synodico proclamandi iudicio, canonica lege dependens vota tua, si vere vota fuerunt, procrastinando tuatim[e] amodo[f] non differas[4], ne existimationis tuae merearis, quam non optamus, sustinere iacturam.

31.

Hadrianus Karolum Calvum, quod contra Karolomannum filium sedem apostolicam appellantem saevierit, vehementer increpat. Ut ei gratiam suam reddat pristinaque beneficia ac honores restituat, donec per missos apostolicos causa illius competenti dispensatione ordinetur, regem exhortatur. *871 Iul. 13.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 86'–87 (B); Remens. 672 fol. 211'₁–211'₂ (C). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 870 n. 28; Sirmond, Conc. Gall. III, 395; Bouquet VII, 452; Mansi, Conc. coll. XV, 850; Migne, Patr. lat. CXXII, 1307. — Cf. J.-E. Reg. n. 2940 (2233).

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI KAROLO REGI[5].

Inter cetera excessuum tuorum, quibus aliena usurpando invasisse[6] crederis[a], illud quoque nihilominus obicitur, quod etiam bestiarum feritatem excedens contra propria viscera,

---

30. a) voluisti *Edit.* b) *ita B;* abusum *Edit.* c) *deest Edit.* d) apostolicae sedis *Edit.* e) *ita B;* tandiu *Edit.* f) *deest Edit.*

31. a) *corr. ex* crederes *B.*

1) *Cui haec epistola in synodo Duziacensi oblata est atque relecta, Delalande, Concil. antiquor. Gall. supplem. p. 249 sq. c. 2 = Mansi XVI, 660. Dubitari vix potest, quin sit eiusdem temporis atque praecedens ep. n. 29 (cf. Schrörs p. 342 ann. 143; Lapôtre, 'De Anastasio' p. 261). V. etiam supra p. 734 ann. 3 et p. 715 sqq. epp. nn. 14. 15. Dümmler II², 328.* 2) *Cf. Bonifatii I. papae decr. c. 4, Migne, Patr. lat. LXVII, 268 (J.-K. Reg. n. 362).* 3) *Cf. Leon. I. decr. c. 41 (ad Anastasium Thessalonicensem episcopum), Migne, Patr. lat. LXVII, 296 (J.-K. Reg. n. 411):* Qui ergo scit se quibusdam praepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse praelatum, sed oboedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat — —. — *Notandum ad illam formam metropolitanis faventem ab ipso Hincmaro Remensi hoc decretum Leonis I. iam a. 869 et 870 adversus nepotem suum Laudunensem laudari: Migne, Patr. lat. CXXVI, 525 (Schrörs p. 535 n. 234) et 454 sq. (Schrörs p. 538 n. 282). Cf. E. Lesne, 'La hiérarchie episcopale' p. 125 ann. 2. 182.* 4) *Hunc locum allegare conatus est Hincmarus Laudunensis in synodo Duziacensi (Delalande p. 253 = Mansi XVI, 666):* In ista habetur epistola mihi directa, ut vota mea eundi Romam amodo non differam, et ad ipsam apostolicam sedem me ire velle appello; *cui vero synodus respondens praecedentia verba epistolae Hadriani:* metropolitano tuo — canonica lege dependens *(supra l. 12—15) obiecit.* 5) *Calvo. — De his et duabus sequentibus litteris cf. Dümmler II², 322 sq.; Schrörs p. 314; Parisot p. 392 cum ann. 2; Poupardin, 'Le royaume de Provence' p. 39 ann. 3; Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 262 sqq., qui recte quidem Anastasium earum dictatorem fuisse videtur conicere, sed minus certe ab Hadriano extortas vel etiam eo inscio eas confectas esse opinatur.* 6) *Sentit videlicet Lotharii II. regnum.*

871 Iul. 13. id est contra Karolomannum[a] genitum tuum, sevire minime verearis, ita ut more structionis[b], quod ex libro beati Iob discimus[c], dureris[d] ad filium tuum, quasi non sit tuus, eum videlicet (cf. Iob. 39, 13–16.) non solum paterna gratia et beneficiis privans, verum etiam regni finibus eliminans atque, quod impium est, ut excommunicationi[e] summittatur, affectans.

Verum quia idem Karolomannus sedem apostolicam legatis suis tamquam quibusdam pedum suorum passibus adiit et per proprias litteras[1] nos appellat[f], quin potius interpellat, primo quidem ab huiuscemodi conatum tuum intentu[g] auctoritate apostolica refrenamus; (cf. Eph. 6, 4.) deinde vero, ne[h] adversus apostolum ad iracundiam provoces filium tuum[i], salubriter exhortamur. Atque ideo[k] et gratiam ei tuam, sicut convenit, redde[l] et illum ut revera proprium filium paternis[m] affectibus[m] suscipe necnon et pristinis benefitiis ac[n] honoribus restituere satage, donec saltem apostolatus nostri missi ad[o] te[o] veniant et salvo debito utriusque vestrum honore, quicquid de illo salubrius inventum fuerit, competenti executione ac[p] dispensatione (Eccli. 5, 5.) ordinetur et disponatur. Ergo ne 'adicias[q] peccatum super peccatum', sed et de pristinis invasionis et[r] avaritiae pravitatibus deprecare et correctionis[s] ostensa perfectione veniam ecclesiasticam recipere totis medullis exopta et, ne finetenus pereas, usquequaque decerta[t], quatenus per hoc finis pravitatum finis animadversionis efficiatur[u] et praestante[v] Deo cum termino culpae terminus accedat et poenae[w].

Dat. III.[x] idus Iul. indictione[y] IIII.

32.

Hadrianus comites et ceteros fideles regnorum Karoli Calvi et quondam Lotharii regum admonet, ut pacem inter illum et Karolomannum filium, si possint, constituant; si non possint, saltem ipsi bellis cedant. Inoboedientibus poenam anathematis minatur.

871 Iul. 13.

Cod. Paris. lat. 1557 fol. 87 (B). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 870 n. 29; Sirmond, Conc. Gall. III, 395; Bouquet VII, 453; Mansi, Conc. coll. XV, 851; Migne, Patr. lat. CXXII, 1307. — Cf. J.-E. Reg. n. 2941 (2234).

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS GLORIOSIS COMITIBUS ET CETERIS FIDELIBUS IN REGNO KAROLI[2] ET IN REGNO QUONDAM HLOTHARII[3] REGUM CONSTITUTIS[4].

Auditui nostro sonuit, quod Karolus rex etiam beluarum furorem transcendens contra propria viscera, id est contra Karolomannum filium suum, saevierit, hunc videlicet non modo paterna gratia et benefitiis privans, verum etiam regni sui metis eliminans[a]; quin etiam conetur adversus illum exercitum congregare et vos omnes adversus eum totis nisibus destinare. Unde, quia per huiusmodi contentionem atque conflictum saepe sanguinis effusio contigit, providendum summopere ducimus, ne[b] tale[b] pro nefas nostro proveniat tempore (cf. Rom. 2, 24.) ac per hoc nomen Dei[c] blasphemetur in gentibus. Ideoque pacem et non bella volentes — (Ps. 67, 31.) nam psalmista Domino dicit: 'Dissipa gentes, quae bella volunt' — ea, quae pacis sunt, inter genitorem et genitum, si potestis, constituite. Porro si non potestis, saltem bellis cedite, praelia dissipate. Alioquin, quisquis vestrum contra Karolomannum castra moverit, arma sustulerit vel lesionis exercitia praeparaverit ac per id, ut effundatur fidelium sanguis, con-

---

a) Karolamannum *B;* Karolomagnum *C.* b) *sic B;* strucionis *C.* c) *prim.* s *post. add. B.* d) *ita B, C;* obduraveris *Edit.* e) excommunioni *B.* f) appellavit *C.* g) intentione *C.* h) nec *B.* i) s *ante* tuum *del. B.* k) *sequitur ras. B.* l) *corr. ex* tuae *B.* m) paterno affectu *C.* n) et *C.* o) *desunt C.* p) ad *C.* q) aditias *B.* r) ac *C.* s) correptionis *C.* t) a *corr. ex* e *B.* u) effitiatur *B.* v) praestantę *B.* w) pęnę *B;* penę *C.* x) *praeced. eras.* V *B.* y) indicione *B.*

32. a) *secund.* s *post. add. B.* b) *corr. ex* natale *B.* c) *corr. ras., ut vid., ex* domini *B.*

1) *Non extant.* 2) *Calvi.* 3) *II.* 4) *Cf. praecedentem epistolam, cuius textus in initio ex parte iteratur, cum p. 735 ann. 5.*

871 Iul. 13.

struxerit, non solum excommunicationis nexibus innodabitur, verum etiam vinculis anathematis obligatus in gehenna cum diabolo deputabitur. cf. Luc. 22, 37.

Optamus vos in Christo bene valere.

Dat. III. idus Iulias indictione quarta.

33.

5 *Hadrianus archiepiscopos regnorum Karoli Calvi et quondam Lotharii regum in filium illius Karolomannum sedem apostolicam appellantem excommunicationis sententiam proferre vetat.* *871 Iul. 13.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 87—87' (B); Remens. 672 fol. 211'₂ (C). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 870 n. 30—32; Sirmond, Conc. Gall. III, 396; Bouquet VII, 453; Mansi, 10 *Conc. coll. XV, 851; Migne, Patr. lat. CXXII, 1308. — Cf. J.-E. Reg. n. 2942 (2235).*

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS[a] IN REGNO KAROLI[1] ET IN REGNO[b] QUONDAM HLOTHARII[2] REGUM ECCLESIAM[c] DOMINI GUBERNANTIBUS[3].

Praesulatus nostri auribus intimatum est Karolum regem Karolomannum[d] filium suum 15 gratia sua privatum[e] post multa dira simul et dura crudeliter irrogata benefitiis et ab ipsis quoque regni sui metis eliminasse, quin[f] immo, ut vos etiam in eum excommunicationis spicula iaceretis[4], sanctimoniae vestrae nihilominus[g] suasisse. In quo quid aliud intellegi datur, si rei se ita veritas habet, nisi quod resti[h] delictorum, quam multipliciter extendendo contexuit, adhuc istud quoque inpietatis[i] genus velit[k] adicere et sese talibus iniquitatum captum funi- cf. Prov. 5, 22. 20 culis et constrictum gestiat irretire? Unde nimium valde dolemus et ei affectu spiritali compatimur, et, quamvis exteriorem circa illum pacem solvamus, interiorem tamen integram conservamus. Nam et ideo illum[l] percutimus, ut sanemus, et flagella idcirco extrinsecus adhibemus, ut intrinsecus vulnera delictorum curemus; verbera[m] namque corrigentis sunt, non poenae dampnantis.

25 Verum quia idem Karolomannus[n] nos missis suis quasi quorundam[o] pedum suorum gressibus adiit et per syllabas proprias apostolicam sedem appellat, quin potius interpellat, decernimus nullam vos in eum excommunicationis iaculaturos[p] omnino sententiam, quousque videlicet nos[5], qui sacerdotum Domini matura volumus esse iuditia, universa quae gesta sunt veraciter agnoscemus[q]: alioquin invalidam apostolicae pondere auctoritatis futuram contra- 30 que reverentiam vestram potius non inmerito saevituram[r]. Satius autem et sine dubitatione praestantius est, ne Karolus proprium filium spernat, ne domesticos seminis sui despiciat[s], ne iura propinquitatis solito more corrumpat, ne pacis et caritatis foedera violet, ne caduca mansuris anteferat, ne temporalia eternis praeponat. Praeterea praefatus Karolomannus insontem quidem se circa patrem multipliciter asserit. Verum ut nos non[t] astruendo, sed 35 ratiocinando quae animadvertimus fateamur, quid mirum, si Karolus praecepta Dei praefixos

---

*) *Superscriptio:* Cuius supra *C.*

33. a) et episcopis *add. Edit.* b) regnum *B.* c) ecclesia *B.* d) Carlomannum *C.* e) *corr. C.* f) n *superscr. B.* g) nihilhominis *B.* h) restem *C.* i) inpietatis *B.* k) *fol. 87 in marg. dext. infer. del. vix legi potest B.* l) *deest C.* m) verba *C.* n) Karolomagnus *C.* o) corundam *B.* 40 p) *secund.* u *corr. B.* q) agnoscamus *C.* r) *sequitur ras. unius litt. B*; seviet urā *C.* s) discipitiat *B.* t) *corr. ex* nos *B.*

1) *Calvi.* 2) *II.* 3) *Cf. duas praecedentes epistolas et supra p. 735 ann. 5.* 4) *Cf. Ann. Bertin. a. 871 ed. Waitz p. 116 et Hincmari Remensis epistolam Remigio Lugdunensi archiepiscopo suffraganeisque directam, Migne, Patr. lat. CXXVI, 277 sqq. (Schrörs p. 540 n. 304; v. etiam nn. 303. 305.* 45 *306. 312).* 5) *Cf. Leon. I. ep. ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum, Mansi V, 1240, Hinschius, Decr. Ps.-Isidor. p. 581 (J.-K. Reg. n. 420).*

871 Dec. 26.

cf. Deut. 19, 14; 27, 17. cf. Gen. 3.

metis suis terminos transferendo, aliena invadendo[a] contempnens ex suis repperit, qui eius voluptatibus[b] contrairet, et de lumbis suis procederet, qui ipsius motibus[c] resultaret, cum non ignoremus protoplastum contra Deum se per[d] inoboedientiam erigentem et vetita contingentem non solum exteriora quaeque rebellantia cognovisse, verum etiam in semet ipso quae sibi obsisterent invenisse? Quod tamen non dicimus quasi Karolomannum[e] rebellem circa patrem fatentes aut contumacem genitum erga genitorem fore docentes, sed, quid secreto iustoque divino[f] iudicio[f] fieri possit, considerantes et, ut[g] haec[h] rex[h] Karolus[h] sollerter adtendat, salubriter admonentes. De quibus omnibus scitote nos ipsi regi Karolo scripta nostra[1] misisse et exhortatoria[i] pontificatus nostri monita direxisse.

Optamus[k] fraternitatem vestram in Christo bene valere.

Dat. III. idus Iul. indictione IIII.

34.

Hadrianus Duziacensis synodi relationi respondens Actardi episcopi de Namnetica civitate in Turonensem metropolim translationem confirmat. Hincmari Laudunensis episcopi ad sedem apostolicam proclamantis depositioni assensum denegat. Et illum et accusatorem idoneum pro hac causa finienda Romam venire iubet. *871 Dec. 26.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 83'—84 fragmentum tantum exhibet, cf. infra l. 35 sq. var. lect. e (B); Remens. 672 fol. 210_1—$210'_1$ *(C).* — *Vallic. J. 49.*

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 871 n. 74 (fragmentum); Sirmond, Conc. Gall. III, 397; Mansi, Conc. coll. XV, 852; Migne, Patr. lat. CXXII, 1312. — *Cf. J.-E. Reg. n. 2945 (2238).*

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS, QUI APUD DUZIACENSIM[2] REMENSIS PROVINTIAE SYNODUM CONVENERUNT[3].

Caritatis vestrae litteras[4] per Actardum[5] venerabilem coepiscopum et gloriosi regis Karoli[6] legatum suscepimus et, quid de eo ad suggestionem et deprecationem nostram[7] ageretis[a], non solum in[b] eis, verum et per ipsum[c] cognovimus. Egistis enim, ut decebat, ostendentes in ipso verae fraternitatis fervorem et in nobis ecclesiae[d], cui, licet indigni, vicarii tamen dignissimi principis apostolorum praesidemus, debitum cum reverentia[e] honorem. De quo, prout significastis, peregimus. Nam, sicut synodus expostulavit, plebs et Turonicus clerus eum concorditer elegit[8], per nostrae apostolicae auctoritatis decretum constituimus cardinalem metropolitanum et archiepiscopum[f] Turonicae ecclesiae atque provinciae[9],

---

*) *Superscriptio:* Cuius supra *C.*

a) iudicando *C.* b) *ita B, C;* voluntatibus *Edit.* c) nutibus *Edit.* d) *in fol. 87' hic et infra textus ex parte evanuit B.* e) Carolomagnum *C.* f) iudicio divino *C.* g) h *ante* ut *del. B.* h) rex Karolus hęc *C.* i) h *superscr. B.* k) Obtamus *B.*

34. a) aggeretis *C.* b) *om. C.* c) eum *add. C.* d) ecclesia *B, C.* e) *sequens folium (inter fol. 83 et fol. 84) exsectum est. Textus deest ab* honorem *usque ad* illibate frui *(infra p. 740 l. 36) B. Cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 574.* f) achiepiscopum *C.*

1) *Supra p. 735 sq. ep. n. 31.* 2) *'Douzy' prope 'Sedan'.* 3) *Aug./Sept. 871.* — *Cf. Schrörs p. 340 sqq.; Dümmler II², 329 sqq. 343 sqq.; Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 265 sqq. Anastasius quin huius et sequentis epistolae dictator fuerit, dubitari non potest; v. etiam infra p. 740 ann. 5.* 4) *Delalande, Conciliorum antiquorum Galliae supplementa p. 259; Mansi XVI, 678.* 5) *Cf. supra p. 704 ann. 2. Ann. Bertin. a. 871 ed. Waitz p. 117:* Hincmarus — — — depositionis iudicium regulare suscepit, sicut in gestis continetur ipsius synodi, quos eadem synodus per Actardum venerabilem episcopum, qui eidem synodo interfuit, ad apostolicam sedem direxit. 6) *Calvi.* 7) *Cf. supra epp. nn. 7—10 p. 704 sqq.* 8) *Cf. 'La chronique de Nantes' c. XIX in 'Collection de textes' ed. R. Merlet (Paris 1896) p. 64 sq.* 9) *V. supra p. 704 ann. 2.*

quoniam dicente Antero[a] papa in epistola sua[1] quibusdam eum de mutatione episcoporum de civitate in civitatem consulentibus: Scitote eam communi utilitate atque necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusquam aut dominatione. Petrus namque sanctus magister noster et princeps apostolorum de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parva civitate apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. Similiter et Felix de civitate, qua ordinatus erat electione civium, propter doctrinam et bonam vitam, quam habebat, communi episcoporum et reliquorum sacerdotum ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de civitate in civitatem, qui non suo libitu hoc facit aut ambitu, sed utilitate quadam aut necessitate aliorum hortatu[b] et consilio potiorum transfertur. Nec transfertur de minore civitate ad maiorem, qui hoc non ambitu, non propria voluntate facit, sed aut vi a propria sede pulsus aut necessitate coactus aut utilitate loci aut populi, non superbe, sed humiliter ab aliis translatus et inthronizatus[c] est, quia homo videt in facie, Deus autem in corde; et alios nonnullos, sicut tripartitae historiae[d 2] series prodit, legimus pro temporis necessitate de una ecclesia fuisse mutatos in aliam, quia[e] aliter tractanda est necessitatis ratio, aliter voluntatis; unde sancti patres Niceni capitulo secundo[3] dicunt, quoniam plura aut per necessitatem aut alias cogentibus hominibus adversus ecclesiasticam facta sunt regulam; et sanctus Leo papa capitulo XLIIII. decretalium suorum[4] dicit omittendum[f] esse et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit —: ita tamen hoc permittentes, ut Namneticae[g 5] ecclesiae, cui fuerat ordinatus, in eo quod remansit, quod destructa habetur, iura potestatemve nullo modo subtrahamus[h], interponentes pastoralis vigoris censuram, ut, si quandocumque vel quicumque alium ipso superstite in praefata metropoli et in ista vel in earum pertinentiis locare temptaverit aut ordinare praesumpserit, ecclesiasticae dumtaxat communionis consortio careat. Sane post eius decessum electio canonica et ordinatio a suffraganeis episcopis eiusdem metropoleos Turonicae canonice celebretur ex more. Quodsi Namneticae contigerit ecclesiae ad priorem Christo auxiliante statum redire, nihil officiat ei haec necessitatis unitio, quam videlicet exigit paganorum vastatio, quominus proprium valeat habere pontificem. Sed vidimus eum valde tristissimum propter persecutionem paganorum et, cum pene[i] omnes[i] sint[i] res ipsius ecclesiae depopulatae, vestrae dirigimus fraternitati, ut fraterna eum caritate commoti viribus totis adiuvare apud excellentissimum regem vestrum humiliter intercedendo viriliter satagatis, quatinus vestro ingenti certamine Christi ecclesia quieta et secura et propriis rebus ditata gloriosaque consistat.

871 Dec. 26.

Igitur de Hincmari[k] Laudunensis episcopi[6] depositione pontificio nostro scripsistis[7], quatinus de eo secundum quod canonicum est vobis rescribere iuberemus. Primo denique vestrae debemus[l] respondere[l] caritati, quia, cum clamaret in synodo se ad sedem apostolicam velle incunctanter venire atque in praesentia eius pro obiectis sibi ab adversario criminibus respondere, dampnationis in eum non erat proferenda sententia. Tamen, sicut ipsius concilii actionibus[m] legitur[8], quoniam salvo in omnibus iudicio sedis apostolicae illum ab episcopis fuisse iudicatum asseritis[n], nos[o] — non aliqua contra quoslibet commoti invidia nec alterius culpam in alterum retorquere cupientes — volumus et auctoritate apostolica[p] — nullius partis favorem aut obsequium, sed rei gestae veritatem magis invenire cupientes — iubemus

a) Anthero *C.* b) ornatu *C.* c) intronizatus *C.* d) hystorię *C.* e) quae *Edit.* f) omittendam *C.* g) Nannetice *C.* h) subtrahant *C.* i) omnes sint pene *Edit.* k) Hyncmari *C.* l) respondemus *Edit.* m) legionibus *C.* n) ameritis *C.* o) autem *add. C.* p) quia *add. C.*

1) *Ps.-Anteri decr. c. 2, Hinschius, Decret. Ps.-Isid. p. 152 (J.-K. Reg. n. † § 90). Cf. E. Seckel, 'Pseudoisidor' in 'Realenzyklopädie für protestantische Theologie und Kirche' XVI³, 290; Dümmler, 'Sitzungsberichte der K. Preußischen Akademie der Wissenschaften, Philos.-hist. Kl.', 1899 p. 755; P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales' (Louvain 1907) p. 50 sq.* 2) *Hist. trip. XII, 8, Migne, Patr. lat. LXIX, 1209.* 3) *Migne, Patr. lat. LXVII, 147 c. 2.* 4) *Decr. Leon. l. c. 44 (coll. Dionys.), Migne, Patr. lat. LXVII, 297.* 5) *'Nantes'.* 6) *V. supra p. 715 ann. 3.* 7) *Delalande l. l. p. 260; Mansi XVI, 680.* 8) *Cf. Delalande l. l. et p. 255 sqq. c. IX; Mansi XVI, 671 sqq.*

871 Dec. 26. ipsum Hincmarum[a] Laudunensem episcopum[b] vestra fretum potentia ad limina sanctorum apostolorum nostramque venire praesentiam. Quo sane veniente veniat pariter accusator idoneus, qui nulla possit auctoritate legitima respui. Et tunc in praesentia nostra et totius sedis Romanae synodali collegio causa illius prudenti ventilata examine ac diligenter inquisita secundum Deum et sacrorum canonum constitutiones spiritu Dei prolatas sine protelatione aliqua finietur; quoniam **gesta synodalia, quae nobis mandastis, et illius iudicantur** dampnatione, dicente nobis beato Gregorio[1] ad Constantium Mediolanensem episcopum de quodam ab eo dampnato episcopo, **idoneo[c] satisfacere non videntur. Ideo temere aliquid de episcopi persona decernere nec debemus nec possumus, ne, quod absit, reprehensibiles inveniamur in nostris, quibus aliorum iure competit retractare sententias**; item in alia epistola sua Felici Siciliensi[d 2]: **Nec nos, inquit, contra inauditam partem[e] aliquid possumus diffinire**; hinc etiam ad Marinum quendam scolasticum scripsit dicens[3]: **Quia, sicut praefati sumus, causarum origo vel qualitas[f] omnino nobis ignota est, pronuntiare aliquid diffinitive non possumus, ne, quod reprehensibile nimis est, de rebus non bene cognitis proferre sententiam videamur.** Unde et[g] sanctus Leo, sedis et doctrinae apostolicae decus, dicit in epistola sua Flaviano Constantinopolitano[h] pro Eutychete[i] presbytero heretico[4]: **Quoniam nos, qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus incognitis rebus in cuiusquam[k] partis praeiudicium diffinire, priusquam universa, quae gesta sunt, veraciter audiamus.** Hinc et beatus Iob dicit: 'Causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam.' (Iob 29, 16.) Inde etiam in pentateucho[l] Dominus dicit: 'Clamor Sodomorum et Gomorrae multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit, opere compleverint, an non est ita, ut sciam.' (Gen. 18, 20. 21.) Ecce[5] Deus[m] omnipotens, cui nihil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt etiam antequam fiant, cur haec et alia multa per se inquirere dignatus est, **nisi ut nobis exemplum daret, ne praecipites in** discutiendis seu iudicandis negotiis essemus et **ne mala** quorumquam prius quisquam **praesumat credere quam probare? Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam umquam praecipites simus aut temere** quoquo modo **iudicemus[n].** (cf. Eccli. 39, 24; 48, 28.)

Quibus nimirum exemplis admoniti aliter in praesenti de praedicto Hincmaro, nisi eum Romam veniendi, vobis mandare distulimus. Nam **grave[6] mentibus vestris[o] videri non** debet, in praesentia sedis apostolicae ut illius **retractetur iudicium; quia veritas exagitata saepius magis splendescit[p] in lucem et pernicies revocata in iudicium gravius et sine poenitentia condemnatur. Nam fructus divinus est iustitiam saepius recenseri,** nullumque bonum est, quod pulchrius non[q] elucescat, si plurimorum fuerit sententia comprobatum. Unde, quousque causa illius, sicut praetulimus, fuerit iterum refricata atque finita, **alter[r 7] episcopus** in ipsa Laudunensi ecclesia **nullatenus ordinetur.** Quapropter quae vobis salubri et apostolica praeceptione facienda mandamus, toto annisu et fideli devotione, sicut filii karissimi, adimplere facereque[s] debetis, si nostro illibate frui apostolico[t] semper desideratis consortio.

Generalitatem vestram optamus[u] in Christo bene valere.

Dat. VII. kal. Ian.[v] indictione V.

---

a) Hyncmarum *C.* b) in alia *add. C.* c) *sic C.* d) Syciliensi *C.* e) *om. C.* f) quantitas *C.* g) *om. C.* h) Constantinopolo *C.* i) Euticete *C.* k) cuius *C.* l) pentatheuco *C.* m) Dominus *Edit.* n) *vel* iudicemur *C.* o) nostris *C.* p) splendescet *C.* q) non pulchrius *Edit.* r) *ita C*; *deest Edit.* s) facere quę *C.* t) *dehinc finem epistolae exhibet B (cf. supra p. 738 l. 35 sq.).* u) *om. B*; obtamus *C.* v) Ianuarias *C.*

1) *Greg. I. Reg. X, 11, MG. Epist. II, 246 (J.-E. Reg. n. 1779).* 2) *Greg. I. Reg. IX, 41, MG. Epist. II, 69 (J.-E. Reg. n. 1565).* 3) *Greg. I. Reg. IX, 24* (Martino scolastico), *MG. Epist. II, 57 (J.-E. Reg. n. 1548).* 4) *Mansi V, 1240, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 581 (J.-K. Reg. n. 420).* 5) *Cf. Nicolai I. ep. n. 90 supra p. 505, ad cuius sensum necnon et verba dictator epistolae — Anastasius — hic recurrit.* 6) *Cf. Innocent. I. decr. c. 35, Migne, Patr. lat. LXVII, 250 sq. (J.-K. Reg. n. 304).* 7) *Cf. Sardic. c. 4, Migne, Patr. lat. LXVII, 177.*

35.

871 Dec. 26.

Hadrianus Karolo Calvo de Hincmari Laudunensis et Actardi episcoporum causis similia ac episcopis synodi Duziacensis (supra ep. n. 34) respondet. Ut Turonensem ecclesiam omni modo adiuvet atque extollat, precatur. 871 (Dec. 26).

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 84—84' (B); Remens. 672 fol. 210'$_1$—210'$_2$ (C). — Vallic. J. 49.
Edd. Baronii Ann. eccles. a. 871 n. 98—100; Sirmond, Conc. Gall. III, 400; Bouquet VII, 455; Mansi, Conc. coll. XV, 855; Migne, Patr. lat. CXXII, 1315. — Cf. J.-E. Reg. n. 2946 (2239).

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO KAROLO[a] [1] GLORIOSO REGI[2].

Laudabilis caritatis et sapientiae pudicae ac pacificae vigore atque decore magnitudinem excellentiae vestrae, o carissime in Domino fili, longe lateque florere, nitide splendere audimus. Sed quia litteris vestris[3] apostolicae correptionis apices membratim retexendo adversum paternitatem nostram quoddam indebitae reprehensionis murmur et tumultuosum[b] nobis clamorem misistis nec sane patienter pontificii nostri monita et correptiones[c] audisse comperimus, liquido patet vos adhuc perfectae aliquid caritatis minus dumtaxat habere. De illa enim dicit apostolus: 'Caritas patiens est, benigna est, non inflatur, non irritatur, non agit perperam[d], omnia suffert, omnia sustinet.' [1. Cor. 13, 4—7.] Omnia[4] igitur, quae vobis a sede apostolica, castissima utique matre[e] vestra[e], cui per Dei gratiam praesidemus, directa sunt, velut aliquo sedule negotio exigente mittuntur, auribus patefactis audire, alacri mente percipere animoque grato amplecti sicut[f] filius[f] carissimus debes et patris verba dilecti non ex voto male optantis, sed ex radice verae procedentia caritatis humili semper debetis[g] intentione recipere[g]; quae, sicut Salomon ait, 'quasi stimuli et sicut clavi in altum defixi' esse [Eccles. 12, 11.] videntur, quia culpas[h] delinquentium nesciunt palpare, sed pungere. Unde, quoniam te virum perfectum et per omnia Deo placentem habere cupimus, ceu prudens pater, qui carissimum filium suum etiam non delinquentem, ne quando securus existens flagitiis se audacter commisceat illicitis, flagello severo[i] affligere non desistit, quia nec propter amorem carnis disciplinali parcendum esse virgae a sapiente monemur; [cf. Prov. 13, 24; 23, 13.] hinc etiam de ipso Deo nostro, quem coetus omnium fidelium patrem cotidie vocat, legimus scriptum: 'Quem diligit Dominus, castigat et corripit; flagellat autem omnem filium, quem[k] recipit': [Hebr. 12, 6.] quapropter scire[l] vos decet, quia Deo permittente[m], iusto utique, quamvis alto et secreto consilio suo, pro vestri salute talia vestrae serenitati a sede apostolica saepius monita venire videntur. Ideo magis omnipotenti Domino inmensas gratias agere nobisque deinde paternae laudis gratanter debetis praebere obsequium et non reprehensionis vel murmurationis modicae verba dirigere; nam nos[n] nullius zelo livoris, nullius subdolae[o] calliditatis dolo vel etiam favore alicuius transitoriae[p] laudis carissimam vestrae nobilitatis et magnitudinis prudentiam et dilectionem modo affabiliter monere, modo autem pro regiae potestatis gloria vobis, quotiens necessaria temporis res vel proximi deposcit necessitas, humilis precator assistere, aliquando vero verbis severioribus fidenter corripere, ut Christi gratia in melius semper proficiatis, studemus[q].

Igitur[r] ut** supra** *(cf. p. 739 l. 31 — 740 l. 26).*

---

*) *Superscriptio:* Item cuius supra *C.*
**) *Sequitur annotatio:* De isto signo *(cf. var. lect. r l. 44)* concordat usque aut temere quoquo modo iudicemus *(supra p. 740 l. 26) B; desunt C.*

35. a) l *corr. ex* r *B.* b) tumultuorum *B, C.* c) *corr. in* correctiones *B*; correctionis *C.* d) perpera *B.* e) matrem vestram *B.* f) filius sicut *C.* g) intentione recipere debetis *C.* h) culpa *B.* i) *secund.* e *ex* i *corr. B.* k) *corr. ex* quod *B.* l) *om. C.* m) *corr. ex* permittende *B.* n) vos *C.* o) *om. C.* p) transsitoriae *B.* q) studetis *C.* r) *praeced. ras., signum superpositum B.*

1) *Calvo.* 2) *Cf. supra p. 738 ann. 3.* 3) *Delalande, Concilior. antiquor. Galliae supplem. p. 264 sqq.* 4) *Cum loco sequenti verba conferantur, quae ad Karolum Calvum a. 863 in epistola Nicolai I. (supra p. 371 l. 18 sqq. n. 60) directa fuerant.*

871 Dec. 26.

Nos in depositione illius, quamdiu vivimus, nullatenus consentiemus[a 1], nisi ad nostram ipso veniente praesentiam causa eius depositionis nostro fuerit examine diligenter inquisita atque finita. Quibus[b] nimirum ammoniti aliter in praesenti de praedicto Hincmaro, nisi eum Romam veniendi, vobis mandare distulimus.

Actardum[2] denique venerabilem antistitem legatum vestrum, de quo et nos vobis olim mandavimus[3] et vos vestris apicibus nostrae clementiae direxistis[4], sicut et synodus[c] expostulavit, plebs et Turonicus clerus concorditer elegit, iam constituimus per nostrae apostolicae auctoritatis decretum cardinalem metropolitanum et archiepiscopum Turonicae provintiae; sic tamen, ut Namneticae ecclesiae, cui fuerat destinatus, in eo quod remansit, quia destructa habetur, iura potestatemve nullo modo subtrahamus[d], interponentes pastoralis vigoris censuram[e], ut, si quandocumque vel quiscumque alium ipso superstite in praefata metropoli et in ista vel in earum pertinentiis locare temptaverit aut ordinare praesumpserit, ecclesiasticae communionis consortio careat. Sane post eius[f] decessum[f] electio canonica et ordinatio a suffraganeis[g] episcopis eiusdem metropoleos[h] Turonicae canonice[i] celebretur ex more. Et si Namneticae contigerit ecclesiae ad priorem redire statum, nihil officiat[k] ei haec necessitatis unitio[l], quam exegit paganorum vastatio, quominus[m] proprium[n] valeat habere pontificem. Sed vidimus eum valde tristissimum propter persecutionem paganorum[o], et, cum omnes sint pene res ipsius ecclesiae depopulatae, precamur largissimam munificentiam[p] et caritatem vestram ob[q] amorem Dei et sancti Petri nostramque deprecationem[r] — et[s] hoc sit in memoriale perpetuum, quod concesseritis nobis hoc donum —, ut[t] non patiamini tantum locum pessum iri et in desolationem, praesertim cum fuerit ex antiquo metropolis et meritis gloriosissimi confessoris Christi Martini[u] honorabilis semperque venerabilis et inter Gallicanas[v] eadem[w] vel secunda vel tertia provintias Turonensis et multis, quae ab ea distractae sunt, ditata villis[x], possessionibus et abbatiis. Et cum aliae, quae sub ea sunt, civitates[y] iam sint pene[z] destructae, harum matrem tantam et metropolim ne patiamini destrui, desolari et dehonorari vestro in tempore; quin potius studete eam de rebus vestris propriis vel procul ab ea positis[a' b'] ditare, continere et extollere, quia tunc ea vobis in aeternum confirmatis[c'], quae ecclesiarum Dei obsequiis condonatis[d']. Et reservate[e'] omnibus sua iura metropolitanis[5]. Nostis enim, quia omne monasterium in potestate episcopi consistere debet iuxta canonicam auctoritatem[6], et quia hoc est transgressum, ideo plurima monasteria habentur[f'] destructa, sicuti monasterium sancti Medardi Turonus[g'], in quo iacent episcoporum primi Turonensium Lidorius[7] et Gatianus[h' 8], sicut[i'] etiam alia[k'] in eadem civitate monasteria, quae forsitan per episcopale ministerium et vestrum sapientissimum consilium largissimum-

a) consentiaemus *B.* b) *fol. 84 in marg. dext. ex parte del. vix legi potest B.* c) sinodus *C.* d) subtrahatur *B;* subtrahant *C.* e) censura *B.* f) decessum eius *C.* g) suffraneis *C.* h) *ras. inter* p *et* o *B.* i) canonicę *B.* k) offitiat *B.* l) uniti unitio *B.* m) -minus *superscr. ead. man. B.* n) priprium *B.* o) *sequitur, sed delet.,* vastatio *B.* p) munificentia *B.* q) ab *B.* r) depdatione *B.* s) ut *C.* t) et *C.* u) *deest C.* v) *fol. 84' in marg. sinist. ex parte del. non iam legi potest B.* w) aedem *B.* x) ullis *C.* y) civitate *B, C.* z) pęne *B.* a') *ras. inter* i *et* s *B.* b') vel tutis a paganis *add. infra p. 745 l. 3 et in Edit.* c') ti *in ras. B.* d') condempnatis *B.* e') reservare *B, C.* f') *bis, sed primum del. B.* g') *sic B;* Turonis *C.* h') Gratianus *C.* i') et monasterium maius, sicut *add. infra p. 745 l. 8 et in Edit.* k') *om. B, C.*

1) *Econtra Karolus Calvus papae scripserat (Delalande l. l. p. 266):* vos tamen certissimum reddimus, quia, quamdiu nos Deus in regni regimine conservaverit, episcopium Laudunense idem Hincmarus in suo regimine non habebit. 2) *Ad haec cf. praeced. epist. n. 34 (p. 738 sq.).* 3) *Cf. supra ep. n. 7 p. 705 sqq.* 4) *Cf. Delalande l. l. p. 267.* 5) *Cf. decr. Leon. I. c. 32 inscript., Migne, Patr. lat. LXVII, 293 (J.-K. Reg. n. 411):* Ut metropolitanis sua iura serventur. 6) *Cf. Chalcedon. c. 4 et 8, Migne, Patr. lat. LXVII, 172 sq. V. etiam Gregorii I. Reg. IX, 203, MG. Epist. II, 191 (J.-E. Reg. n. 1730) necnon conc. Aurelian. a. 511 c. 19, MG. Concil. I, 7:* Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant — — —. 7) *A. 337/338 – ca. 371, cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 302.* 8) *De quo cf. Duchesne l. l.*

que donum poterint[a] redire ad priorem statum[b]. Debent etiam vici[c] omnes[c] ecclesiae cuiuslibet parroechiae[d] in potestate consistere praesulis, sicuti moris est ecclesiis plurimis. Res etiam, quae de eadem ecclesia noscuntur fuisse et olim sunt abstractae, precamur[e] vos eidem restituere et, sicut precati[f] iam sumus, ad praesens de vestris rebus propriis per praeceptum vestrum eam ditare, construere et vobis in aeternum propriam[g] facere, ut non vocetur ut antiquitus Cesaredunum ulterius, sed Karolidonum[h] in[i] perpetuum[i]. 872

Omnipotens Dominus serenitatis vestrae regalem excellentiam salvam in omnibus atque incolumem in sui semper amore conservare dignetur.

36.

Hadrianus Karoli Calvi iram adulatorie mitigare studet. De Actardo Turonensi eadem ac in superioribus litteris (n. 35) scribit. Karolo post Ludovici imperatoris obitum imperium Romanum promittit. Addit de causa Hincmari Laudunensis, quem non iam ut antea tuetur. *872.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 82—83' (B); Remens. 672 fol. 209₂—209'₂ (C). — Vallic. J. 49.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 871 n. 76—84; Sirmond, Conc. Gall. III, 401; Bouquet VII, 456; Mansi, Conc. coll. XV, 857; Migne, Patr. lat. CXXII, 1318. — Cf. J.-E. Reg. n. 2951 (2241).

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTISSIMO FILIO ET GLORIOSISSIMO[a] KAROLO[b 1] REGI[b] CONIUGIQUE SALUTEM IN CHRISTO[2].

Litteras vestrae nobilitatis[3] per venerabilem filium et fratrem nostrum Actardum episcopum suscepimus[4]. In quibus multa reclamatoria, resultatoria et tumultuosa perspeximus, aliter quam obtaveramus murmurantia. Regnum Dei nullus murmurans accipit nec murmurare poterit[c] accipiens; 'audiens enim sapiens sapientior erit et intellegens gubernacula possidebit'. Nos vero, licet indigni, tamen sumus illius vicarii, cui commisit Deus ecclesiam suam, dans ei potestatem ligandi atque solvendi; et qualescumque simus illius primi sessoris meritis, quamdiu merita eius in caelo[d] non moriuntur, quod operandum est in ecclesia sibi commissa, ab ipso repletur. Et quidem quia quasi tumores et laesiones palpitare[e] sensimus, has oleo consolationis per melos dulcissimae caritatis et sanctae dilectionis ungentum[f] fovere, lenire et ad integritatis sanitatem perducere medicamento quo valemus optamus. Cum novimus 'omne donum optimum et omne datum perfectum desursum esse descendens a patre luminum', procul dubio donum sapientiae diligimus in te divinitus tibi collatum. Praedicatur enim de te et[g] longe lateque diffunditur, quod sis sapiens et Deum timens; scriptum est enim: 'Principium sapientiae timor Domini.' Narratur etiam[h], quod sis iustus; quod congruit regiae potestati cunctisque iudicibus, divina praedicante sapientia: 'Diligite[i] iustitiam qui iudicatis terram.' Annuntiatur[k] etiam a pluribus et[l] nobis[l] permaxime[m] a comministro et fratre verbotenus nostro vestroque et fratrum nostrorum regni vestri Duzia-

Prov. 1, 15. — cf. Matth. 16, 18. 19. — Iac. 1, 17. — Prov. 1, 7. — Sap. 1, 1.

---

*) *Superscriptio:* Item cuius supra *C.*

a) n *superscr. ead. man. B;* poterunt *C.* b) statu *B.* c) omnes vici *C.* d) parrochie *C.* e) praecamur *B.* f) praecati *B.* g) proprium *B.* h) Karolidunum *C.* i) *desunt C.*

36. a) glorioso *C.* b) regi Karolo *C.* c) *corr. ex* potuit *B.* d) coelo *B.* e) *secund.* p *in ras. B.* f) *ita B;* ungento *C.* g) *deest B.* h) enim *C.* i) Dilite *C.* k) enim *add. C.* l) probis *Edit.* m) permaximae *B.*

1) *Calvo.* 2) *De hac epistola cf. Dümmler II², 347sqq.; Schrörs p. 349sq.; Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 269sqq.* 3) *Est notissima epistola Karoli Calvi nomine ab Hincmaro Remensi composita, Delalande, Concil. antiquor. Galliae supplem. p. 267sqq.; Migne, Patr. lat. CXXIV, 881sqq. Cf. Dümmler II², 344sqq.; Schrörs p. 347sq.; Lapôtre p. 268.* 4) *Per Actardum etiam priores Hadriani epp. nn. 34. 35 (supra p. 738 sqq.) ex. a. 871 datae in Galliam delatae erant; hanc epistolam, quamquam de eius tempore non satis constat, aestate a. 872 esse scriptam conicimus.*

872 censis synodi archiepiscoporum et episcoporum legato, archiepiscopo iam a nobis constituto[a] [1] Turonensibus[b] Actardo[b], quod sis amator, exaltator et illustrator specialis in orbe terrarum et permaximus ecclesiarum Dei, ita ut nullus sit episcopatus nullumque monasterium in regno tuo, quod non auxeris rebus propriis et restitueris suis perplurimum optaresque ferventer et desiderares hanc principis apostolorum Petri primam sedem exaltare, honorare multisque muneribus vicarium eius et clerum sibi commissum ditare et ab[c] omnibus hostibus, prout posse et tempus dictaverit, defensare Deumque totis visceribus in hoc glorificare, (cf. 1. Reg. 2, 30.) monente propheta ex persona Domini: Qui glorificant me, gloriabor in eis. Quocirca sapientia[d] praecellentem[e] cum timore Dei et diligentem iustitiam et glorificantem Deum quis non diligat, (cf. 1. Petr. 2, 13.) quis non ambiat[f], quis non desideret? Quis non optet revera sicut regem praecellentem, sicut iustitiam moderantem[g], sicut Deum glorificantem? In veritate credite nobis, quia (Matth. 19, 19.) tales virtutes sic diligo in vobis sicut[h] animam meam. Scriptum est enim: 'Diligas proximum tuum sicut te ipsum.' Et talem intellego proximum, quem constat talibus virtutibus repletum, et a die illa, qua vobis per praefatum fratrem nostrum mandavi fideles orationes et certissimas amicitias[i] [2], numquam aliorsum declinavi. Et si quaedam litterae delatae vobis sunt, aliter se habentes in superficie[k] vel subreptae[l] vel a nostris nobis infirmantibus extortae vel a qualibet persona confictae, durius aut acrius mordaciter sonantes: id tamen nobis fixum semper mansit in mente, quod vobis significavimus devote, nec alienum[m] iudicavimus, iudicamus et iudicabimus a nostra communione mentis devotione, quem diligimus tota animi (cf. Ps. 32, 1.) intentione, iudicantes dignum laude propheta monente: Rectos decet laudare. Quem profecto speramus[n], si nobis superstes fuerit, nostris omnibus propinquis et amicis manum porrigere consolationis, indolem et fidem eius cernentes in affinitatem propinquorum nostri decessoris. Namque solet saepe uterque parens in prolem obprobria vel maledicta congerere, quam optat sine crimine et lesione manere. Cui simile solet saepe doctoribus et praedicatoribus contingere. Quapropter non ad sonum, sed oportet ad votum respicere.

Praefatum vestrum[3] denique legatum, sicut significastis et synodus et plebs expostulavit et Turonicus clerus[o], iam constituimus cardinalem metropolitanum et archiepiscopum Turonicae provintiae per ferulam, pittacium[p] et anulum necnon per nostrae auctoritatis litterale decretum; sic tamen, ut Namneticae ecclesiae, cui fuerat destinatus, in eo quod remansit, quia destructa habetur, iura potestatemve nullo modo subtrahamus, interponentes pastoralis vigoris censuram, ut, si quandocumque[q] vel quiscumque alium ipso[r] superstite[s] in praefata metropoli et[t] in[t] ista[t] vel in earum pertinentiis locare temptaverit aut ordinare praesumpserit, anathematis iaculo feriatur. Sane post eius decessum electio canonica et ordinatio a suffraganeis episcopis eiusdem metropoleos Turonicae canonice[u] celebretur ex more. Et si Namneticae contigerit ecclesiae ad priorem redire statum, nihil officiat[v] ei haec necessitatis unitio, quam exegit paganorum vastatio, quominus proprium valeat habere pontificem. Sed vidimus eum valde tristem propter persecutionem paganorum, et, cum omnes sint pene res ipsius ecclesiae depopulatae, precamur[w] largissimam munificentiam et caritatem vestram ob amorem Dei et sancti Petri nostramque[x] deprecationem — et hoc sit in memoriale[y] perpetuum, quod concesseritis nobis hoc donum —, ut non patiamini tantum[z] locum pessum iri et in desolationem, praesertim cum fuerit ex antiquo metropolis et meritis gloriosissimi[a'] confessoris Christi Martini[b'] honorabilis semperque venerabilis et inter Gallicanas eadem vel secunda vel tertia provintias Turonensis et multis, quae ab[c'] ea distractae sunt, ditata villis, possessionibus et abbatiis. Et

a) legato *add.* C. b) Actardo Turonibus C. c) *deest* C. d) sapientiam C. e) *corr. ex* praecellentiae B. f) ambigat B. g) diligentem C. h) in *add.* C. i) amititias B. k) superfitie, e *in fine corr. ex* a B. l) surrepte C. m) alium C. n) spectamus C. o) clericis B. p) *ita Edit.;* sistatium B, C. q) quandoque C. r) ipse B. s) suprestite B. t) *desunt* C. u) canonicae B. v) offitiat B. w) praecamur B. x) vestramque C. y) memori— *in ras.* B. z) unum C. a') *corr. ex* gloriosissimis B. b') Martiani C. c') hab B.

1) *Cf. supra ep. n. 34 p. 738, ep. n. 35 p. 742.* 2) *Cf. supra p. 704 sqq. ep. n. 7. Dümmler II², 348 ann. 1* 3) *Quae sequuntur (usque ad p. 745 l. 14) ad verbum fere iterantur ex ep. n. 35 (supra p. 742 l. 5 – p. 743 l. 6).*

cum aliae, quae sub ea sunt, civitates iam sint pene destructae[a], harum matrem tantam[b] et metropolim ne patiamini destrui, desolari et dehonorari vestro in tempore; quin potius studete eam de rebus vestris propriis vel procul[c] ab ea positis vel tutis a paganis[d] ditare, continere et[e] extollere, quia tunc ea vobis in aeternum confirmatis, quae ecclesiarum Dei obsequiis condonatis. Et servate omnibus sua iura metropolitanis. Nostis enim, quia omne monasterium in potestate episcopi consistere[f] debet iuxta[g] canonicam auctoritatem, et quia hoc est transgressum, ideo plurima monasteria habentur destructa, sicuti monasterium sancti Medardi Turonus[h], in quo iacent episcoporum primi Turonensium Lidorius et Gatianus[i], sicut et monasterium maius, sicut etiam alia[k] in eadem civitate monasteria, quae forsitan per episcopale ministerium et vestrum sapientissimum consilium et largissimum donum poterint[l] redire ad priorem statum. Debent etiam vici omnes ecclesiae cuiuslibet parroechiae[m] in potestate consistere praesulis, sicuti moris est ecclesiis plurimis. Res etiam, quae de eadem[n] ecclesia noscuntur fuisse et olim sunt abstractae, precamur[o] vos eidem restituere et, sicut[p] precati iam sumus, ad praesens de vestris rebus propriis per praeceptum vestrum eam ditare, construere et vobis in aeternum propriam facere, ut non vocetur ut antiquitus[q] Caesaredunum ulterius, sed Karolidonum[r] in perpetuum.

Igitur ergo[s] integra fide et sincera mente devotaque voluntate — ut sermo sit secretior et litterae clandestinae nullique[t] nisi[u] fidelissimis[v] publicandae — vobis confitemur devovendo et notescimus affirmando, salva fidelitate imperatoris nostri[1], quia, si superstes ei fuerit vestra nobilitas, vita nobis comite, si dederit nobis quislibet multorum modiorum auri cumulum[w], numquam adquiescemus, exposcemus aut sponte suscipiemus alium in regnum et imperium Romanum nisi te ipsum[2]. Quem, quia praedicaris sapientia et iustitia[x], religione et virtute, nobilitate et forma, videlicet prudentia, temperantia, fortitudine atque pietate refertus, si contigerit te imperatorem[y] nostrum vivendo[y] supergredi, te optamus omnis clerus et plebs et nobilitas totius orbis et Urbis non solum ducem et regem, patricium et imperatorem, sed in praesenti ecclesia defensorem et in aeterna cum omnibus sanctis participem[z] fore.

De pontifice Laudunensi Hincmaro[a'] a praesulibus decem provintiarum deposito et a metropolitano suo venerabili fratre Hincmaro[b'] archiepiscopo[3], reservato[4] per omnia huius primae sedis privilegii[c'] iuditio[c'], cum[d'] multa[d'] in synodalibus litteris[5] et praefati metropolitani[6] et vestris[7] necnon in libello reclamationis cleri et plebis Laudunensis[8] seu in libello[9] continenti seriem[e'] gestorum synodi, tanta[f'] turpia[f'], tanta dictu[g'] nefanda tantaque exsecranda et auctorem suum dampnantia[h'] referuntur, ut incredibilia ab ignorantibus videantur. Sed de his nihil audemus iudicare, quod possit Niceno concilio et quinque ceterorum conciliorum regulis vel decretis nostrorum antecessorum obviare. Et[i'] de his quod praefati canones et[k'] decreta decernunt ipsique cum ipsis una vobiscum[l'] congregato[m'] cum eorum[n'] nostro spiritu similiter decernimus et quod statuunt statuimus et quod iudicant iudicamus. Nec in ullo deviantes a tenore canonico servantes[10] omnibus sua iura metropolitanis et, ut

a) distructę *B.* b) *corr. ex* tantum *B.* c) *corr. ex* procull *B.* d) -ga- *suprascr. ead. man. B.* e) *deest C.* f) n *in ras. B.* g) iusta *C.* h) *ita B;* Turonis *C.* i) Gratianus *C.* k) *deest C.* l) n *suprascr. ead. man. B.* m) parroecię *B;* parrochię *C.* n) aeadem *B.* o) praecamur *B.* p) sicuti *C.* q) antiquus *C.* r) caroli dunum *C.* s) *om. C.* t) nullisque *C.* u) *om. C.* v) fidissimis *B.* w) *ras. inter* cu- *et* -mulum *B.* x) et *add. C.* y) vivendo imperatorem nostrum *C.* z) paticipem *B.* a') Hyncmaro *C.* b') Hymaro *C.* c') iudicio privilegii *C.* d') cumulata *Edit.* e') *corr., ut vid., in* seniem *C.* f') *desunt Edit.* g') dicta *C.* h') damnanda *fortasse ex* damnancia *corr. B;* dapnantia *C.* i') At *Edit.* k') vel *C.* l') nobiscum *C.* m') congregati *Edit.* n') *ita B, C; deest Edit.*

1) *Ludovici II.* 2) *Cf. E. Perels, 'Nikolaus I. und Anastasius' p. 148 cum ann. 1.* 3) *Scilicet Remensi.* 4) *Cf. epistolam synodalem concilii Duziacensis ad Hadrianum II., Delalande p. 260 = Mansi XVI, 680, et Hincmari Remensis sententiam, l. l. p. 258 = Mansi XVI, 677. V. etiam supra ep. n. 34 p. 739 cum ann. 8.* 5) *Delalande p. 259 sqq. = Mansi XVI, 678 sqq.; Delalande p. 274 sqq.* 6) *Delalande p. 261 sqq. = Migne, Patr. lat. CXXVI, 641 sqq.* 7) *Delalande p. 264 sqq. 267 sqq. = Migne, Patr. lat. CXXIV, 876 sqq. 881 sqq.* 8) *Cf. Schrörs p. 350 ann. 162.* 9) *Cf. Delalande p. 248 sqq. = Mansi XVI, 658 sqq.* 10) *Cf. conc. Nicaen. c. 6, Migne, Patr. lat. LXVII, 148:* — — suis privilegia serventur ecclesiis, *quibus verbis Hincmarus in libello nuper a nobis in lucem prolato I, 3 ('Neues Archiv' XLIV, 74) addit:* quin metropolitanis.

872 verbis loquamur beati papae Leonis[1]: **Aliter enim, inquit, nobis[a] commissos[a] regere non possumus, nisi hos, qui sunt perditores et perditi, persequamur zelo dominicae fidei et a sanis mentibus, ne pestis haec latius divulgetur, severitate[b] qua possumus abscidamus et quae[2] male pullulasse[c] noscuntur radicitus[d] evellantur et messem dominicam nulla zizania corrumpant. Ita enim fructum uberem quae sunt sincera praestabunt, si ea[e], quae natam segetem enecare consuerunt, diligentius amputentur.** Sed quia non satis idonea videntur et matura nostris et huic sanctae[f] sedi[f] condigna, donec ad hanc sanctissimam et apostolicam, quam appellavit, sedem spatium habeat veniendi, ideo veniat et[g] ostensis sibi litteris, quas nobis misistis, et libello continenti seriem synodi, libellulo[h] etiam cleri et plebis Laudunensis proclamationem continenti[i], si[3] adhuc iustam putaverit habere proclamationem[i], asserens[k] se[k] iniuste dampnatum: tunc electis iudicibus, non tamen eo prius in gradu restituto, aut ex latere nostro directis legatis cum auctoritate nostra refricentur quae gesta sunt et negotia in qua orta[l] sunt provintia canonice terminentur. Quodsi venire detrectaverit, clareat, quod idem ipse dederit locum[m] dampnationis in semet ipsum, nec sacer ordo differendo moram patiatur vel detrimentum. Qualiter autem aut quomodo vel quando veniat vel adducatur seu interdum custodiatur, praefato confratri nostro communi legato Actardo archiepiscopo vobis in mandatis et alia clandestina commisimus manifestanda.

Sanctorum apostolorum Petri et Pauli intercessione nostraque supplicatione et pro ordine nobis a Deo collato[n] benedictionem[o] mereamini, vitae praesentis prosperitatem, regiam et imperialem dignitatem, nostram[p] et bonorum omnium communionem et societatem[q], peccatorum omnium remissionem et aeternae[r] vitae[r] gloriosissimam resurrectionis[s] felicitatem[s]. Amen.

---

a) commissos nobis *C.* b) saeveritate *B.* c) pululasse *B.* d) radicitur *B.* e) *corr. ex* aea *B.* f) sedi sanctae *C.* g) ut *C.* h) libellum *C.* i) continenti — proclamationem *desunt Edit.* k) afferens te *Edit.* l) horta *B.* m) *deest C.* n) collocato *B.* o) benedictione *C.* p) nostramque *C.* q) sotiaetatem *B.* r) vitę ętern*ę* *C.* s) felicitatis resurrectionem *C.*

1) *Decr. Leon. I. c. 6, Migne, Patr. lat. LXVII, 281 (J.-K. Reg. n. 405).* 2) *Decr. Leon. I. c. 2, Migne, Patr. lat. LXVII, 279 (J.-K. Reg. n. 402).* 3) *In his Hadrianus Hincmari Remensis sententiae et voluntati se subicit: exceptione spolii exclusa Sardicenses tantum canones in causa Hincmari Laudunensis adhiberi consentit.*

II.

HADRIANI II. PAPAE EPISTOLAE AD RES ORIENTALES PERTINENTES.

37.

868 (Aug. 1).

Hadrianus Basilium Graecorum imperatorem laudat, quod Ignatium restituerit, Photium deposuerit. Theognostum exarchum Romae quasi in exilio per septennium commoratum remittit atque commendat. *868 (Aug. 1).*

Codd. Vatic. lat. 4965 fol. 92—93 (B); Vat. lat. 5749 fol. 78—78' (B[1]); Vat. lat. 7304 fol. 205' (C); Vat. Reg. lat. 1033 fol. 56—56' (D).

Edd. Editio Romana (1591) III, 268; Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 40—41; Mansi, Conc. coll. XVI, 120 (cf. 370); Migne, Patr. lat. CXXII, 1276. — Cf. J.-E. Reg. n. 2908 (2205).

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTISSIMO FILIO ET CHRISTIANISSIMO IMPERATORI BASILIO[1] A DEO PROTECTO SEMPER AUGUSTO[2].

Quoniam, tranquillissime imperator, audisti[a] vocem Dei per apostolicae sedis officium tibi delatam[b] et honorasti eximios eius apostolos et restituisti ecclesiae Constantinopolitanae throno proprium pastorem[3] repellens adulterum[4], benedictus sis ab omnipotente[c] Deo et videas subiectionem inimicorum et temporum longitudinem ac in solio tuo[d] de lumbis tuis[e] heredem atque in futuro vitam perpetuam, si tamen ab his[f], quae bene coepisti, non discesseris[g], sed usque in finem in eis perseveraveris[h], o spiritalis et dilectissime fili, et[i] ego vobis omnimodis[k] haec operantibus adero[k]. A decretis enim[l] sanctae memoriae praecipui decessoris mei papae Nicolai, quae de[m] depositione Photii et recuperatione Ignatii fratris et consacerdotis mei promulgavit[5], numquam quoquo[n] modo discedemus[o]. Tanto[p] enim volumus[q] illius decretis concordare, quanto ipse, cum haec[r] ageret, divinis praeceptis concordare studebat. Nam et hoc necessarium est, ut custodiens praedecessorum meorum decreta doceam post discessum[s] meum et mea quoque[t] ab his[u], qui post me erunt[v], nullomodo sperni[w].

cf. Deut. 28, 62 et passim. — cf. 2. Par. 6, 9. — cf. Matth. 10, 22; 24, 13.

---

37. a) audistis *C.* b) delatum *D.* c) omnipotenti *C, D.* d) vestro *C, D.* e) vestris *C, D.* f) hiis *C, D.* g) discesserit *C, D.* h) perseveratis *C;* perseverantes *D.* i) *post., ut vid., corr. in* licet *B;* licet *B[1].* k) *pro his corr.* quolibet modo agentibus *B;* quolibet modo agentibus *B[1].* l) *corr. del. B; deest B[1].* m) *om. C, D.* n) quoquam *D.* o) *corr. in* discedamus *B;* discedamus *B[1];* promulgavit *D.* p) Tantum *D.* q) voluimus *D.* r) hoc *D.* s) decessum *D.* t) *corr. in* quęque *B;* quęque *B[1].* u) hiis *C, D.* v) *corr. in* fuerint *B;* fuerint *B[1].* w) *corr. in* violanda *B;* violanda *B[1];* spreui *D.*

1) *867—886.* 2) *De his et sequentibus litteris (n. 38) uno tempore datis cf. Dümmler II[2], 210; Hergenröther, 'Photius' II, 28 sqq.; A. Vogt, 'Basile I[er]' (Paris 1908) p. 214. — Iam antea in Bulgariam Hadrianum legatos cum epistolis misisse in Vita Hadriani II. Libri pontificalis (ed. Duchesne II, 175) legimus:* E vestigio etiam Dominicum et Grimualdum episcopos, quos decessor suus sanctae recordationis papa Nicolaus in Vulgarum patriam ire preceperat et a se in ipso articulo sui discessus absolverat, quique videntes tanti patris obitum ire distulerant, eadem fungentes legatione direxit, et quasdam epistolarum quas ille mittendas delegerat *(cf. Vit. Nicol., Lib. pontif. II, 165; J.-E. 2887*)*, ut se eiusdem voluntatis et studii fore ostenderet, suo nomine titulari precipiens, in quantum tempestas fluctuosi temporis permittebat, piissimi patris votum pius heres implevit *(cf. J.-E. 2889*). Cf. etiam Lib. pontif. II, 180 et 181:* — — omne quod ad laudem serenissimi nostri Cesaris sanctissimus domnus Hadrianus pontifex in epistola sui decessoris Arsenio episcopo imminente adiecerat, resecatum inveniunt. 3) *Ignatium scilicet (867 Nov. 23).* 4) *Photium.* 5) *Cf. supra p. 519 sqq. 557 sqq.*

868 Aug. 1.

Postquam autem cognoscimus, quod misericors Deus imperium vestrum simul et affectum ad hoc erexerit, ut dispersa congreget et quae ceciderant erigat et contrita resolidet, fiducialiter iam possumus gratias Deo deposcere, ut hi[a], qui abiecti sunt, ab imperio vestro recipiantur et[b] dispersi[c] congregentur[d]. Quapropter et prudentem[e] virum Theognostum[f][1] honorabilissimum[g] exarchum[h] vestrae fiduciae remittentes[i] commendamus, qui legationi[k] pro fratre ac comministro nostro[l] Ignatio et[m] pro reliquis[n] tribulatis obsecundans[m] per septennium[o] apud[p] apostolorum[q] limina ut peregrinus[r] et incola vixit et eorum confessionibus memoriam vestram assidue commendavit et a die adventus sui usque in praesens[s] pietatis vestrae praeconia enarrare et ecclesiae manifestare vulnera et horum consolationem[t] praestolari[t] non destitit. Nunc ergo, quoniam et iste unus ex illis est, qui[u], postquam lupus factus est pastor, continuo dispersi et a vobis pie omnia regentibus iterum congregati sunt, revocetur et ipse, petimus, et in mandra fidelium ovium sub[v] clementia vestra locetur et inter laetantes pios filios paterno affectu post longae captivitatis reversionem connumerari[w] mereatur[x] et ob amorem Dei et protectorum vestrorum principum apostolorum honorem, a quorum tegmine[y] proficiscitur, mansuetudinis vestrae[z] auxilia[z] sentiat et post turbationem requiem[a'] et post tempestatem tranquillitatem et post multa adversa optatae prosperitatis effectum: quatinus per patronorum vestrorum intercessiones, principum videlicet apostolorum, a quorum sede mittitur[b'] et quorum principatum pro ecclesia vestra, quae valde fluctuatur[c'], die ac nocte interpellare per multa curricula non cessavit, a misericorde Deo, quem in famulis eius honoratis, et hic vobis felicitas continua et inimicorum subiectio et in futuro aeterna gloria et infinita praemia, insuper[d'] et[e'] regnum perhenne[f'] cum sempiterna vita praestetur[g'].

cf. Ioh. 11, 52.

cf. ibid.

Optamus imperium vestrum in[h'] Christo[h'] nunc et semper valere, o spiritalis et dilectissime fili[i'].

38.

Hadrianus Ignatio patriarchae scribit eum de restitutione facta apostolicam sedem certiorem facere debuisse; se ipsum in decretis Nicolai papae pro illo definitis permansurum. Theognostum exarchum et Euthymium spatharium commendat. *868 Aug. 1.*

Codd. Vatic. lat. 4965 fol. 93—94 (B); Vat. lat. 5749 fol. 78'—79 (B¹); Vat. lat. 7304 fol. 206—206' (C); Vat. Reg. lat. 1033 fol. 56'—57 (D).

Edd. Editio Romana (1591) III, 270; Baronii Ann. eccles. a. 868 n. 42—43; Mansi, Conc. coll. XVI, 121 (cf. 370); Migne, Patr. lat. CXXII, 1277. — Cf. J.-E. Reg. n. 2909 (2206).

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI HONORABILISSIMO FRATRI ET CONSACERDOTI NOSTRO IGNATIO SANCTISSIMO PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANO[2].

Convenerat sanctitatem tuam, licet nos ad sui adiutorium primum minime provocaverit, saltem nunc super restitutione sua, quae facta dicitur, laetificare nos anhelans proprias nobis

---

a) hii *C, D.* b) *corr. add.* hi qui *B*; hi qui *add. B¹.* c) dispensi *B¹.* d) *corr. add.* expetere *B*; expetere *add. B¹*; congregantur *C, D.* e) *corr. in* prudentissimum *B*; prudentissimum *B¹.* f) Thegnostum *B.* g) honorandissimum *D.* h) exerchum *D.* i) remi ttuntur *D.* k) legatione *B, B¹*; *corr. add.* tam *B*; tam *add. B¹*; negacioni *D.* l) *a correctore superscr., sed post. del.* ceteris contribulatis functus *B.* m) *pro his corr.* quam pro ceteris contribulatus functus *B*; quam pro ceteris contribulatus functus *B¹.* n) reliquiis *D.* o) septem niu, *in fine ras. et corr., fortasse* -nio *pro* -nium *B*; septemnio *B¹.* p) *corr. add.* principum *B*; principum *add. B¹*; sanctorum *add. D.* q) *in marg. add. D.* r) peregrimus *C.* s) *superscr. corr. ex* praesente *C.* t) *pro his corr.* medelam exigere *B*; medelam exigere *B¹*; consalitonem praestolare *D.* u) qui si *C, D.* v) *corr. in* ab *B*; ab *B¹.* w) a tuis *C.* x) *om. C*; reatus *D.* y) regimine *D.* z) vestri auxilii *D.* a') *corr. superscr. in* serenitatem *B*; serenitatem *B¹.* b') *corr. in* remittitur *B*; remittitur *B¹.* c') *corr. in* fluctuat *B*; fluctuat *B¹.* d') in superis *D.* e') in *D.* f') *corr. superscr. in* cęleste *B*; cęleste *B¹.* g') p restantur *(-antur fortasse corr.) C*; prestentur *D.* h') *om. D.* i') *in infer. marg. post. add. (notatum* hđ [= hic deest] *et* hp̄ [= hic pone]*)*: Data kalendis Augustis indictione prima *B*; *eadem add. B¹.*

1) *Cf. Nicolai I. ep. n. 88 supra p. 477 sq. cum p. 477 ann. 4; Lib. pontif. ed. Duchesne II, 180 (v. ibid. II, 187 ann. 30). E. Perels, 'Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius' p. 41.* 2) *Cf. supra p. 747 ann. 2.*

868. Aug. 1.

cf. Tob. 12, 7. — cf. Matth. 5, 46. — cf. 1. Joh. 3, 17. — cf. Eph. 3, 13. — cf. Eph. 2, 19. — cf. Act. 12, 7. — 1. Tim. 5, 18.

litteras destinare. Verum licet hoc minus studueris[a] agere, saltem gratiam[b] divinae miserationis, quae in te mirabiliter operata est, non taceres. Secretum enim regis, secundum quod ab angelo Tobiae dicitur, celare[c] bonum est, opera vero Dei enarrare mirificum[d]. Verumtamen consolatur[e] nos[e] conscientia, quae non tantum nos, quantum apostolicae memoriae decessorem[f] meum beatissimum papam Nicolaum non tam pro te quam pro caritatis custodia decertasse testatur. Si enim qui diligunt nos tantum dilexerimus[g], quam mercedem habebimus? Et quoniam frater noster es, si viderimus te necessitatem habere et clauserimus viscera nostra a te, quomodo karitas Dei manet in nobis? Igitur scito, quia in his[h], quae decessor meus sanctae memoriae papa Nicolaus pro persona tua et his[i], qui tecum in tribulationibus[k] non defecerunt, insuper et pro ecclesia Constantinopolitana plurimum laborans statuit et diffinivit, et nos similiter manemus et permanebimus[l]; et, sicut ipse usque ad horam mortis suae tam pro te quam his[m], qui tecum sunt, et praefata ecclesia nequaquam cessavit procurans, ita et nos auctore Deo usque in finem in opere pietatis huius nulli torpori[n] dabimus operam; debemus enim ipsius[o] sequi **laborem**[1], cui gratia Dei successimus in honore.

Praeterea communem filium Theognostum[p][2] reverentissimum exarchum et dilectum[q] nobis ecce ad vos transmisimus, qui ex persequentibus aemulatores tuos illinc nudus salvatus, quin et mutato habitu vix huc pertingens vitam lucratus est. Deinde apud memorias apostolorum per septem ferme annorum curricula ut hospes et advena demoratus non tantum propriam miseriam quantum sanctitatis tuae pressuram et Constantinopolitanae ecclesiae calamitates pene incessanter[r] deflebat, ita[s] ut non solum antea iam dictum decessorem meum, sed et me postea nocte ac die indeficienter erigere et pro statu tantae ecclesiae et erectione vestra crebris nostra suasionis[t] stimulis latera percutere et, quemadmodum angelus quondam: Surge, Petre, accipe fortitudinem ad salvandas gentes, per singulos dies nobis dicere non cessaret, quousque auditu Deo praestante suscepit, quod ardenter semper[u] in pectore[u] baiulabat[3].

Qua de re, frater dilectissime, sanctitati tuae hunc[v] commendantes rogamus et deprecamur, quatinus circa se[w] sentiat[x] beneficii tui propositum et, sicut vestrae factus est communicator passionis, ita sit[y] et[y] consolationis; etenim 'dignus[z] est operarius[a'] mercede sua'. Non[b'] autem ut familiaris noster factus[c'], sed et ut a sede principis apostolorum[d'] susceptus hic debet ob amorem eius non qualemcunque in conspectu sanctitatis vestrae gratiam[e'] invenire. At vero si ad apostolicam sedem quosdam mittere disposueris, hunc specialiter volumus prae ceteris mitti, ut et de prosperitate tua, quemadmodum et optamus, gratificare et dispositionem et ordinem et causam ecclesiae Constantinopolitanae secundum diligentiam, quam de omnibus nos ecclesiasticis negotiis certissime scire velle cognoscit, apostolatui nostro referre[f'] maturet[g']. Commendamus autem sanctitati vestrae et Euthymium[4] gloriosissimum[h'] spatharium[h'], qui Romam imperialem ferens[i'] legationem primus nobis et ecclesiae nostrae de fraternitate vestra quod semper optavimus annuntiavit et divinam circa te misericordiam et sanctitatis tuae recuperationem innotescens omnes gratulabundos effecit. Pro quo rogamus, ut et iste sentiat in oportunitate praesidium vestrum et affectu amoris nostri protectionis vestrae solamina consequatur.

---

38. a) studuerit *C, D.* b) gracie *D.* c) zelare *D.* d) deificum, *ut vid., D.* e) consolaturos *C.* f) praedecessorem *D.* g) deleximus *D.* h) hiis *C, D.* i) hiis *C, D.* k) tribulacione *D.* l) permanemus *C, D.* m) hiis *C*; pro hiis *D.* n) corpori *D.* o) *bis in C.* p) Theagnostum *C.* q) elcm̄ *D.* r) incessatam *D.* s) *om. D.* t) suasione *D.* u) in pectore semper *D.* v) huc *D.* w) *sequitur lacuna octo circiter litterarum D.* x) circa *D.* y) et sic *D.* z) *bis in D.* a') mercenarius *D.* b') nos *C, D.* c') *om. D.* d') *corr., ut vid., ex* apostolice *C.* e') gr̄a *B*[1]. f') referret *C, D.* g') mature *D.* h') gloriosisimum spatharium *add. al. man. superscr. B*[1]. i') fretus *D.*

1) *Cf. decr. Siric., Migne, Patr. lat. LXVII, 231 (J.-K. 255).* 2) *Cf. supra p. 748 cum ann. 1.* 3) *Cf. Venanti Fortunati vit. S. Albini 6, 17 (MG. Auct. antiq. IV, 2, 29):* — — Christum, quem in pectore fidelis portitor **baiulavit**. 4) *Cf. Hergenröther, 'Photius' II, 28.*

869 Iun. 10.

Optamus sanctitatem tuam nunc et semper bene valere, dilectissime frater et comminister.

Data kalendis Augustis[a] indictione prima.

39.

Hadrianus Ignatio patriarchae restituto gratulatur. De Gregorio Syracusano et Photio atque a Photio ordinatis decreta Nicolai papae — quibus ipse aliqua mandata addit — observari, capitula synodi Romanae nuper de eadem causa habitae in concilio Constantinopolitano roborari iubet. Commendat Iohannem metropolitam Sylaei.

869 Iun. 10.

Codd. Vatic. lat. 4965 fol. 37—39' (B); Vat. lat. 5749 fol. 30'—32' (B¹); Vat. lat. 7304 fol. 170', 172—173 (C); Vat. Reg. lat. 1033 fol. 17—18' (D).

Edd. Editio Romana (1591) III, 280; Mansi, Conc. coll. XVI, 50 (cf. 327); Migne, Patr. lat. CXXII, 1282. — Cf. J.-E. Reg. n. 2913 (2210).

HADRIANUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI ET[a] COMMINISTRO NOSTRO[a] IGNATIO PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANO[1].

cf. Eccli. 18, 2.

Nec[b] scriptura pandere nec profecto lingua sufficit enarrare, quanta[c], o dilectissime frater, pro ecclesiae Constantinopolitanae statu atque pro tua specialiter erectione certaminum palestras[d] decessor[e] meus sanctae memoriae papa Nicolaus cum subiecta sibi ecclesia[f] indesinenter exercuit[g] et usque ad melioris[h] vitae transitum toleravit, adeo ut in ipso suae migrationis articulo pro commendanda causa tua[i] vel ecclesiae divinitus[k] tibi commissae nec scribendo sibi pepercerit[l 2], nec pro hac, si non loquendo, saltem innuendo cessaverit, donec officium dumtaxat oris[m] amitteret et oculos penitus obseraret[n]. Cuius affectum et nos quoque sumentes, sicut divina gratia[3] ei successimus in honore, ita merito successimus in labore et, sicut sudorum[o] eius et dispositionum tunc extitimus communicatores, ita quoque nunc optamus et satagimus esse in cunctis observatores.

Quanto vero gaudio quantaque sumus exultatione repleti percipientes[p] auditu, quod de sanctitatis tuae recuperatione iugi gestabamus[q] affectu, nec os exprimere nec calamus praevalet exarare. Unde benediximus Deo et totius cordis iubilatione laudavimus, excitanti videlicet dilecti filii nostri[r] Basilii[r] principis et augusti ferventissimum spiritum non solum

cf. Ps. 150, 5.

---

*) *Superscriptio:* Epistola papae Hadriani ad patriarcham Ignatium delata per sanctissimos vicarios Donatum ac (et *D*) Marinum *C, D; del. B; om. B¹.* — *In marg.:* Ista epistola fuit apProbata per sinodum post aliam cartam *C.*

a) Augusti *C, D.*

39. a) nostro et comministro *D.* b) c *supe rscr. B¹.* c) *sic codd.* d) -s *al. atram. add. B*; palestros *D.* e) p̄decessor *D.* f) *in marg.:* cum subiecta sibi ecclesia. Quod non bene, quia intelligitur de occidentali *C.* g) excercuit *D.* h) meliores *D.* i) *om. D.* k) *superscr. corr. ex* divinus *B*; divinus *C*; divinis *D.* l) *ras. unius litterae inter* pe- *et* -percerit *B.* m) *ras. corr. ex* horis *B¹.* n) obsecraret *C.* o) sudor *D.* p) precipientes *D.* q) gestabimus *C.* r) Blasii nostri *D.*

1) *De hac et sequenti epistola cf. Hergenröther II, 42 sqq.; Dümmler II², 252 sq.; Vogt, 'Basile Ier' p. 215 sq. Quas ab Anastasio bibliothecario — qui in synodo Romana a. 868 Oct. 12 ab Hadriano II. excommunicationis sententiam sustulit* (donec de omnibus quibus impetitur nobis coram synodo rationem ponat), *Ann. Bertin. a. 868 ed. Waitz p. 94 sqq. (J.-E. Reg. n. 2912; Kehr, Ital. pontif. I, 75 n. 9), sed post modicum tempus pristinum officium recuperavisse videtur — compositas esse persuasum habemus. V. Lapôtre, 'De Anastasio' p. 246 ann. 4; Perels, 'Nikolaus I. und Anastasius' p. 233 sq.* 2) *Cf. Nicolai ep. n. 100 supra p. 601 sqq. et p. 610 ann. 3. V. etiam Ann. Bertin. a. 867 ed. Waitz p. 89:* Hincmari clerici in mense Augusto Romam venientes, Nicolaum papam iam valde infirmatum et in contentione, quam contra Grecorum imperatores Michahelem et Basilium, sed et contra orientales episcopos habebat, magnopere laborantem invenerunt. 3) *Cf. decr. Siricii, Migne, Patr. lat. LXVII, 231 (J.-K. 255).*

869 Iun. 10.

ad vindictam[a] malefactorum, verum etiam ad laudem bonorum, scilicet qui eripuit ecclesiam Dei, dum cotidie, quia non consensit adultero, traheretur tam ad corporis quam ad animae mortem, instar utique Danihelis sancti castissimam eripientis[b] Susannam a sententia mortis, quam impudici presbyteri, 'qui videbantur regere populum' Domini, non autem regebant, sed potius Photii more perdebant, nequiter[c] extorserunt. Praeterea quae praefatus apostolicae recordationis pontifex regulariter ac synodice tam de schismatico et moecho Photio et ordinatione, immo execratione ipsius atque Syracusano Gregorio quam etiam de te specialiter[d] et de compatientibus tibi sanxerit[e] et diffinierit[f], tenore valebis eius epistolarum[1], quas super his[g] diverso tempore Constantinopolim destinavit, patenter ediscere. Verum si ad notitiam tuae beatitudinis non pervenerunt[2], a missis nostris[3] has accipiens ad instructionem tuam et monumentum futurorum reserva, cognoscens[h] interim et certissime sciens nos a decretis eius nullomodo discessuros, sed eius sicut locum, ita et studium possidentes ipsius, quantum ratione[i] magistra[k] possumus, vestigia secuturos, quatenus ad lucernam mandatorum eius in huius caliginosi[l] saeculi[4] loco gradientes inoffensis pedibus Deo duce incedere[5] valeamus.

cf. 1. Petr. 2, 14. cf. Dan. 13, 45-62. Dan. 13, 5. cf. Dan. 13, 41. cf. Prov. 6, 23.

Quamobrem et in his[m], super quibus a nobis dispositiones et discretiones[n] exigis[6], nil sequendum praeter eius divinitus inspirata decreta conspicimus, prae omnibus et super omnia Gregorium Syracusanum et Photium tyrannum et quos idem Photius in gradu quolibet ordinasse putatus est ab episcoporum numero vel dignitate, quam usurpative ac ficte dedit, merito sequestrantes. Primo, quia Photius Maximo[7] et ordinatio eius vel[o] potius execratio istius ordinationi pene in cunctis videtur esse simillima. Secundo, quia sic se habet per decessorem meum apostolicae sedis decretum, cuius iudicium nusquam praecipiunt sacri canones[8] retractari, dum[p] tamen censeant eam aliorum quoque renovanda seu diffinienda negotia perscrutari, nosque convenit, ut praetulimus, eius in omnibus constituta sectari. Tertio, quia Photius vir forensis[q], curialis, neophytus[r], invasor atque adulter necnon et anathemate condempnatus existens nihil[9] habuit, nihil dedit, nisi forte damnationem[10], quam habuit, se sequentibus propinaverit. Photio certe praesidente auctore dictum est ab anathematizatis[s]: Consecratus non solum non accipit spiritum sanctum, sed et quod ante habuit, si[t] tamen habuit[t], aufertur ab eo. Verum quamvis hoc tyranni Photii sit dictum favore ipseque super huiusmodi sententia delectatus cum male a se promotis[u] ei consensum praebuerit, quamvis etiam non his[v], de quibus hoc frustra dictum est, valeat coaptari: quia tamen veraciter dictum est, eorum magis damnationi procul dubio congruit, qui ab anathemato[w] et damnato Photio per[11] impositionem manus non lucrum, sed vulnus in capite susceperunt. In quo ergo iudicio

a) tam *add. D.* b) eripuit *C.* c) nequitere *B.* d) *om. D.* e) saxerit *C.* f) *corr. ras. B.* g) hiis *C, D.* h) *contin. textus non in fol. 171, ubi alia extant, sed demum in fol. 172 C.* i) Romãe *D.* k) ministra *C.* l) caligosi *B, B¹, D.* m) hiis *C, D.* n) discretione *C, D.* o) quin *C, D.* p) cum *C.* q) foriensis *D.* r) neophicus *D.* s) anathematizatus *D.* t) si — habuit *om. C, D.* u) promotus *D.* v) hiis *C, D.* w) *sic codd.*

1) *Cf. praecipue Nicolai epp. n. 91 supra p. 519 sqq., n. 98 supra p. 557 sqq.* 2) *Cf. Nicolai ep. n. 100 supra p. 603. 605 sqq.; Lib. pontif. ed. Duchesne II, 165.* 3) *V. infra ep. n. 40 p. 757 l. 27 sqq. et Lib. pontif. II, 180.* 4) *Cf. supra p. 714 ann. 4.* 5) *Cf. Anastasii praefat. in VII. synod., Migne Patr. lat. CXXIX, 198:* inoffensis gressibus incedamus. *Perels l. l. p. 253 ann. 3.* 6) *Cf. epistolam Ignatii (Nicolao I. directam), Migne, Patr. lat. CXXIX, 62:* — — simul autem et de ceteris ecclesiasticis ordinibus accepturos quae Deo placeant et vestro intellectui et sapientiae et potestati distinctiones atque dispositiones. 7) *V. infra ep. n. 40 p. 756 l. 4:* a synodo secunda damnatum, *cum ann. 2.* 8) *Cf. Bonifatii I. epist., Mansi VIII, 757 (J.-K. 365); Gelas. I. epp. ad episcopos per Dardaniam constitutos, Mansi VIII, 54. 66, Hinschius, Decr. Pseudoisid. p. 643 (J.-K. 664), et ad Faustum magistrum, Mansi VIII, 17, Hinschius p. 638 (J.-K. 622).* 9) *V. supra p. 497 a Nicolao I. de Gregorio Syracusano dictum:* nihil autem habuit, nihil dedit. 10) *Cf. Innoc. I. decr. c. 53, Migne, Patr. lat. LXVII, 259 (J.-K. 303).* 11) *Innoc. I. l. l.:* cum nos dicamus ab haereticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput. *V. etiam Nicolai I. ep. n. 90 supra p. 497 l. 33:* nimirum qui vulneratum caput per illam manus impositionem potius habere dinoscitur.

869 Iun. 10.

iudicaverunt, secundum evangelium iudicandum[a] est de eis et, in qua mensura mensi sunt, (cf. Matth. 7, 2.) est eis[b] utique remetiendum atque pro magno illis habendum, si saltem sero ad te pastorem suum, quem[c] post Christum olim iam et per Christum utique consecuti sunt, repedantes (cf. Ps. 50, 19.) ac sine maiori temporalique promotione Domino contrito corde humiliatoque spiritu famulantes bona studuerint[d] expectare futura.

Ceterum de Paulo Cesariensi[1], de quo sermo[e] a te[e] multus est habitus[2], interim quod de ceteris, qui a Photio promoti sunt, decrevimus, observandum iure statuimus. Praeterea persecutionum tolerantia vel palestrae certaminum, quas adversus tyrannum vel moechum pro veritate multipliciter exercuisse[f] testaris, suam habent profecto mercedem et immarces- (cf. 1. Petr 5, 4.) cibilem praestolantur[g] a caelestium bonorum largitore[h] coronam. Sane cetera ecclesiae beneficia largissime consequatur et honore competenti tam apud sanctimoniam tuam quam penes omnes merito perfruatur. De his[i] autem sacerdotibus vel[k] clericis, qui a beatae memoriae patriarcha Methodio[3] vel a sanctimonia tua consecrati[l] sunt, haec forma servabitur, ut, siquidem sunt inter eos, qui gratia Dei confortante invasori Photio restiterunt per nullumque modum in[m] inhonorantiae vel contumeliae fraternitatis tuae aut putativae depositioni[n] communicaverunt, sed et varias tecum ob hoc tribulationes et exilia, quin et depositiones pertulerunt, hos beatos et ter beatos dixerim et inter Christi confessores connumerandos decreverim: adeo ut habeant insignem in ea, quae apud vos est, ecclesia locum et praecipua circa dilectionem tuam fiducia perfruantur, ita ut[o] secundum multitudinem dolorum ipsorum (cf. Ps. 93, 19.) consolationes tuae animas eorum laetificent, more scilicet Dei, qui reddet singulis secundum (cf. Matth. 16, 27; Rom. 2, 6.) opera ipsorum. Porro ceteris, qui ex consecratione fraternitatis tuae sunt et sive sponte sive vi[p] sese ad Photium contulerunt, si sub satisfactione libelli, cuius exemplar missis nostris commisimus, ad te remeaverint, quamvis contra professionem vel subscriptionem suam egerint ac[q] multipliciter adversus summum sacerdotium tuum[r] et in contemptum apostolicae sedis exarserint, generaliter[s] eos[s] in suis gradibus confirmantes ignoscendum decrevimus. (cf. 1. Petr. 2, 21–23.) Discipuli enim sumus mitis et misericordis magistri, qui apostolorum principe teste passus pro nobis nobis reliquit[t] exemplum, ut sequamur vestigia eius[u], qui peccatum non fecit, ut nos scilicet[v], nec inventus est dolus in ore ipsius; et tamen, cum malediceretur, non remaledicebat et, cum pateretur, non comminabatur[w].

Si qui autem ex his[x] sunt, qui aliter vel in Deum vel adversus constituta patrum, quia et ipsa Dei spiritu prolata consistunt, deliquisse vel excessisse probantur, hos volumus adhibita sibi nostra quoque auctoritate a pontificio tuo regulariter examinari et paternis diffinitionibus amodo et deinceps omnino summitti. Cum enim beatus[y] Petrus[y] Domino non (cf. Matth. 18, 21.) dicat: Si peccaverit in te, sed in me frater meus, dimittam ei usque septies, apte datur intellegi ea nos fratribus impunita posse dimittere, quae in nos, non quae in Dominum vel in dominica constituta patrantur. Dicit enim scriptura: Si peccaverit homo in hominem, rogabit (cf. 1. Reg. 2, 25.) pro eo sacerdos; si autem in Deum peccaverit, quis rogabit pro eo? Sane hos, qui in nefando conciliabulo[z] [4], quod in[a'] iniuriam et derogationem sedis apostolicae Constantinopoli factum

a) iudicatum *D.* b) ei *C.* c) quam *D.* d) studuerunt *D.* e) a te sermo *D.* f) excercuisse *D.* g) pres | prestolantur *C.* h) largicōe *D.* i) hiis *C, D.* k) *om. C.* l) consecłati *D.* m) *sic B, C, D; eras. B*¹. n) disposicioni *D.* o) et *add. D.* p) in *D.* q) et *D.* r) suum *C, D.* s) eos general. *D.* t) relinquit *C, D.* u) enim *C.* v) *sic codd.* w) cominabatur *B*¹. x) hiis *C, D.* y) *signis appositis corr. pro* Petrus beatus *D.* z) *corr. ex* conciliabulos *C.* a') *om. C, D.*

1) *I. e. Caesareae Cappadociae archiepiscopo.* 2) *Cf. Ignat. epist., Migne, Patr. lat. CXXIX, 62.* 3) *A. 843–847.* 4) *A. 867 a Photio collecto, de quo cf. Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 356 sq.; Hergenröther I, 649 sqq.; Dümmler II², 198; Perels p. 165 sq. — V. etiam allocutiones Hadriani II. in synodo Romana paulo ante celebrata habitas, Migne, Patr. lat. CXXIX, 106 sqq., eiusdemque synodi c. 1, l. l. 112 sq.; Lib. pontif. I, 178 sq.; Anastasii praef. in VIII. synod., Migne, Patr. lat. CXXIX, 13. Duchesne, Lib. pontif. II, 187 ann. 24.*

869 Iun. 10.

est, voluntarie subscripsisse[a] probantur, cuiuscumque sint ordinis vel professionis, nulla venia dignos esse, nisi multa miseratio eiusdem, quam ledere nisi sunt, apostolicae sedis occurrat, evidentissima ratio docet et multifaria[b] maiorum sanctio manifeste demonstrat. Quin[c] et universalis Chalcedonae[d] habita synodus adeo huiusmodi temeritatem detestata est, ut in sententia, quam in Dioscorum[e] protulit, hoc maxime memorare videatur, cum de ipso[f] dicit[1]: Secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit; praesumpsit enim et excommunicationem dictare adversus sanctissimum et beatissimum archiepiscopum magnae Romae Leonem. Priorem autem iniquitatem pravitatem utique dicit hereticam. Unde nota, quod Dioscorus[g] secundis excessibus, quos in excommunicatione papae Romani dictata patravit, etiam heresim Eutychianam valde[h] transcendisse referatur. Hinc et Anatolius[i] ait[2]: Propter fidem non est damnatus Dioscorus, sed quia[k] excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni. Nam et adversus reverentiam tuam inter cetera hinc unam calumniarum in te illatarum quasi accusationem texere sunt aemuli tui moliti, opinantes videlicet, tamquam in contemptum reverendae mentionis papae Benedicti[3] erectus in contumeliam illius nec epistolam eius[4] suscipere praedicti Dioscori more[l] consenseris. Quia ergo in causa, quam in[m] te[m] impingere fallacibus accusationibus temptaverunt, illi veracibus probationibus inveniuntur obnoxii[n], idcirco ipsi potius iudicium quod iudicaverunt subire et sententiam quam protulerunt incurrere sui oris nexibus irretiti iure debentur[o]. Ergo fraternitas tua curet necesse est, ut sententiarum kapitula, quae synodice in ecclesia Dei, ubi sanctum corpus apostolorum principis Petri requiescit, pro abolendis profanis conciliis Constantinopoli a Photio tam adversus sedis apostolicae reverentiam quam adversus sanctimoniam tuam congregatis communi consonantia promulgavimus[5], apud vos in synodo cunctorum subscriptione[p] roborentur et in singularum arcivis ecclesiarum provide[q] recondantur.

cf. Matth. 7, 2.

Postremo reverentissimum et sanctissimum communem fratrem nostrum Iohannem metropolitam[6] beatitudini tuae magnopere commendamus; de quo videlicet fraternitatem tuam[r] nolumus ignorare, quoniam, quibuscumque meroribus vel molestiis ex tot accedentibus[s] vobis incommodis cor nostrum fuerit vulneratum, quia, sicut scriptum est: 'Legatus fidelis sanitas', ita medicamento ipsius fidelis legati[t] omne[t], quod in vobis hinc turbide diuturna hucusque mestitia[u] sauciaverat[v], est sanatum, ut pene nil residuum, quod exinde sanitate indigeat, idem vir prudentissimus in pectore nostro reliquerit. Quamobrem consolatione multa dignus habendus et a sancta fraternitate tua quiete, refrigerio et omni est veneratione ditandus atque in ecclesiasticis negotiis diligentissime moderandis[w] irremote tenendus; propter quae videlicet ipse pericula infinita, non solum per mare, sed et per aridam gradiendo sustinuit[7], quin potius penes nos demorans et causa tui iugiter pulsans et continuas nobis

Prov. 13, 17.

---

a) subscripsis/ *(in fine lin.)* C. b) multifario C. c) quem D. d) *prim.* e *corr. ex* ę B; h *superscr.* B[1]; Calcedone C; Calcedoneu D. e) Dyoscorum D. f) ipsis C. g) Discorus C; Dyoscorus *hic et infra* D. h) h *superscr.* B. i) Anatholius D. k) *om.* D. l) morte D. m) ante C. n) obnoxi C, D. o) de- *add. corr. superscr.* B[1]. p) subscriptionem B, B[1]. q) proinde C. r) *om.* C. s) *sic codd.* t) *corr. ras. ex* legationis B[1]; legati esse D. u) mestia B, B[1]. v) sanctiaverat C. w) moderandus C.

1) *Conc. Chalcedon. act. III., Mansi VI, 1047.* 2) *Ibid. act. V., Mansi VII, 103.* 3) *III. (855 — 858).* 4) *Quae non extat, cf. J.-E. 2667*. V. Nicolai I. ep. n. 90 supra p. 500, sed imprimis quae traduntur in synodo Constantinopolitana a. 861 ap. Deusdedit, Coll. canon. ed. V. Wolf von Glanvell IV, 428 p. 604. — Hergenröther I, 360 sq.; Perels p. 29.* 5) *A. 869 'paulo ante Iun. 10', cf. J.-E. Reg. I, 370 sq.; Migne, Patr. lat. CXXIX, 112 sqq. (cf. ibid. 106 sqq.); v. praeterea Lib. pontif. II, 179, Anastasii praef. in VIII. synod., Migne, Patr. lat. CXXIX, 15. — Cf. Hefele IV², 374 sqq.; Hergenröther II, 36 sqq.; Dümmler II², 251 sq.* 6) *Sylaei, cf. infra ep. n. 40 p. 758 l. 4 et Ignatii epistolam, Migne, Patr. lat. CXXIX, 61; subscriptio synodalis, Migne, Patr. lat. CXXIX, 114:* Iohannes archiepiscopus Pergae Pamphyliae, apocrisiarius sanctissimi Ignatii patriarchae Constantinopoleos — —; *Anastas. praef. in VIII. synod., Migne, Patr. lat. CXXIX, 15:* Iohannes metropolita Silei, qui et Perges Pamphyliae praeerat ecclesiae. 7) *Cf. etiam infra ep. n. 40 p. 758 cum ann. 2.*

869 (Iun. 10). molestias irrogans nec quaslibet sibi ferias contulit nec ullas[a] cotidiano labori[b] nostro requiem dedit.

Sanctam fraternitatem vestram optamus nunc et semper[c] in Christo bene valere, dilectissime et sacratissime comminister.

Data[d] quarto idus Iunii indictione secunda. 5

40.

Hadrianus Basilium imperatorem pro restitutione Ignatii et oboedientia erga sedem apostolicam probata collaudat. Quomodo agendum sit de Photii sequacibus, clementer exponit. Acta concilii adversus Nicolaum papam Constantinopoli celebrati cremari, decreta Romanae synodi de hac causa habitae illic roborari, ipsum imperatorem in coepto pietatis opere persistere iubet. Suos et Graecos legatos diligenter commendat. 869 (Iun. 10). 10

Codd. Vatic. lat. 4965 fol. 15'–19' (B); Vat. lat. 5749 fol. 13–16 (B¹); Vat. lat. 7304 fol. 159'–161' (C); Vat. Reg. lat. 1033 fol. 8'–9' (D).

Edd. Editio Romana (1591) III, 273; Baronii Ann. eccles. a. 869 n. 2–10; Mansi, Conc. coll. XVI, 20 (cf. 311); Migne, Patr. lat. CXXII, 1286. — Cf. J.-E. Reg. n. 2914 (2211).

HADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DEO AMABILI AC[a] PIISSIMO IMPERATORI BASILIO AUGUSTO CHRISTIANISSIMO ET DESIDERABILISSIMO FILIO[1]. 15

Legationis excellentiae tuae praestantissimos gerulos[b] ad[c] decessorem[c] meum apostolicae recordationis papam Nicolaum destinatos[2] nos, licet indigni, quoniam ita Dominus imperavit[d], vices eius adepti, suscepimus innumerasque laudes et gratiarum actiones tota mente totaque prorsus intentione persolvimus. Nimirum 'qui facit[e] magna et inscrutabilia[f] et mirabilia', quorum non est numerus, quique omnia iura[g] regnorum omniumque continens potentatum his[h] tuum diebus suscitavit caelitus protectum imperium, per quod apostolica sedes ipso auctore coeptum pro ecclesia Constantinopolitana pietatis opus consummaret et eius iam iamque removens funditus casum instauraret[i], tandem aliquando gratulabunda[k], qui male ceciderat, statum et mercennario, quin immo lupo rapace[3] non parcente gregi penitus sequestrato rectorem ei redderet proprium[4] et pastorem reformaret legitimum. (Iob. 5, 9.) 20 (cf. Act. 20, 29.) 25

Igitur[l], o quam est illa laudabilis et ab omnibus veneranda, quam, inquam, est sedes apostolica laudabilis et merito a cunctis mortalibus efferenda, quae semper[5] catholicis subvenire consuevit, quae semper gaudere cum gaudentibus et flere cum flentibus non cessavit! Sed et tu, felix imperator, et multis praeconiis dignus, qui verborum semina[6] divinorum non ut ager petris aut spinis aut volucribus[m] occupatus, sed ut terra bona corde bono suscipiens fructum multiplicem attulisti et quasi verus ecclesiastes mox perceptis[n] habenis imperii ecclesiae paci[o] consulere magis quam ad ceteras res humanas attendere[p] procurasti ac[q] per[q] id[r] alter quodammodo Salomon, id est pacificus, temporibus nostris apparuisti[s]; audisti quippe verba Dei patris tui et non dimisisti legem ecclesiae matris tuae, adeo ut, quod decessori tuo pro ea suggerebatur, ipse perfeceris[t] et, quia secundum scripturam 'nemo est, qui possit (cf. Rom. 12, 15.) 30 (cf. Matth. 13, 4–8; Luc. 8, 5–8.) (cf. Prov. 1, 8.) 35 (Eccle. 7, 14.)

---

a) *sic codd.* b) *corr., ut vid., ex* labore *C.* c) et *add. B, B¹.* d) Datum *D.*

40. a) et ac *D.* b) *a correctore add. B.* c) adecesorem *B*; *corr. ex* adecesorem *B¹.* d) impetravit *D.* e) *sequuntur* intendit persolvi, *sed superscr.* va - - - cat *C.* f) inscrutibilia *D.* g) iure *C, D.* h) hiis *D.* i) restauraret *C, D.* k) gratilabanda *D.* l) *in marg.:* nō sedes apostolica semper pro fide sollicita *C.* m) *corr. ex* volubribus *B¹.* n) preceptis *D.* o) pacis *C, D.* p) ad tendere *B¹.* q) ut *D.* r) quod *add. C, D.* s) apperuisti *D.* t) perficeris *C*; proficeris *D.* 40

1) *Cf. supra p. 750 ann. 1. — Has litteras eodem tempore quo praecedentes datas esse manifestum est.* 2) *V. infra p. 758 cum ann. 2 et Basilii imperatoris epistolam Nicolao I. destinatam, Migne, Patr. lat. CXXIX, 60.* 3) *Scil. Photio.* 4) *Scil. Ignatium.* 5) *Cf. Coelestin. I. epist. ad Constantinopolitanos, Mansi IV, 1046 (J.-K. 375).* 6) *Cf. Perels p. 250 sq.* 45

869 (Iun. 10).

corrigere, quem Deus dispexerit[z], eo incorrecto divina permissione deficiente ipse correctiones[a] eiusdem ecclesiae operari sategeris[b]. Intellexisti enim, ut litterae tuae mansuetudinis innuunt[1], quibus vulneribus sauciata te caelitus consecuto imperium quae apud vos est manebat ecclesia, et, quod haec sedes huiuscemodi mederi posset ulceribus, magistris fidei nostrae[c] scrutatis liquido didicisti atque ideo haec curare cupiens apostolicae sedis decreti remedium sanissime[d] requisisti, cuius nimirum medicamentis ecclesia Constantinopolitana saepe praesulibus eius languentibus infirmata pristinam sospitatem vigoremque resumpsit. Nam quibusdam ipsorum nonnumquam errantibus, quibusdam vero imminentis persecutionis iniuriam sustinentibus haec semper subvenire[2] non destitit, illis scilicet tramitem directionis ostendens, istis pietatis manum[e] semper extendens.

Itaque, fili carissime et[f] venerabilis semper auguste, noveris, quicquid erga sanctissimum fratrem et coepiscopum nostrum Ignatium vel circa schismaticum[g] Photium divinitus inspiratum et iustitiae zelo succensum te litteris intimas peregisse, nobis et universae occidentalium[h] ecclesiae per omnia placuisse; praesertim cum nil egeris praeter quod apostolica sedes cum totius Hesperiae[i] praesulibus iam dudum agenda decrevit et nulla mora interveniente perficienda[k] mandavit: quae videlicet cum his[l] omnibus propter id caelitus protecto imperio tuo grates multifarias reddunt et humillimae oboedientiae[m] tuae praeconia laudibus eximiis indagare non desinunt. Porro de sacerdotibus vel ceteris, qui contra pacem ecclesiae facientes unitatem eius scindere praesumpserunt et in fratrem et coepiscopum nostrum multifarie commisisse[n] probantur, super quibus etiam decretum ab apostolica sede clementia tua more priscorum[o] principum postulat[3], sciat dilectio tua, quia, sicut diverso modo deliquisse referuntur, ita diversis[p] eos diffinitionibus subici non inconvenienter oportere perpendimus. Quorum tamen differentias apostolicae sedis legatis una cum fratre et comministro nostro Ignatio convenientibus, quemadmodum nobis desuper datum est, moderandas[q] commisimus[q]. Verum quia pietas tua cum ecclesiastica misericordia nos circa illos ad id, quod humanius est, exhortatur[4], te nolumus ignorare, quoniam ultra quam dici possit hinc[r], fateor[r], merore comprimimur immensoque dolore constringimur, eos[s] nimirum[s] non solum beatae memoriae decessoris mei papae Nicolai, quibus et ipse subscripsi, iustis sanctionibus[5] creberrime percellentibus, verum etiam sanctorum patrum regulis severissime seu quodammodo peremptorie[t] punientibus. Verum tamen propter pacem ecclesiae facilius obtinendam propterque tantam multitudinem, si tamen resipuerint[u], misericorditer liberandam, ut cum sancto Gelasio[v] papa[6] dicamus, necessaria rerum dispositione constringimur et apostolicae sedis moderamine convenimur sic canonum paternorum decreta librare et retro praesulum decessorumque nostrorum praecepta metiri, ut, quae praesentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus. Quod et nos aequa[w] possumus pro lucrandis fratribus ratione prosequi et[x] temporum necessitati consulendo penitus imitari[y], Photii[z] dumtaxat ordinationem ab huius moderamine pietatis interim prorsus excipientes eamque passim et praeter examen nullatenus admittentes. Dicit enim altisona ecclesiae tuba, sanctus[a']

cf. Matth. 18, 15.

a) correctionis *C.* b) satęgeris *B, B*[1]; satageris *D.* c) nostri *D.* d) suauissime *D.* e) manus *D.* f) ut *D.* g) schismatum *C*; scismatum *D.* h) *in marg. iteratum C.* i) *in marg. iterat. C.* k) proficienda *C, D.* l) hiis *C, D.* m) ab obediencie *D.* n) cōmisse *C, D.* o) *in marg. iterat. C.* p) diversos *D.* q) — das com — *in ras. al. atram. B.* r) fateor hinc *C.* s) nimirum eos *D.* t) peremptoriae *B.* u) respuerint *C*; respuerunt *D.* v) *in marg. al. man. annot.:* [monogram] Gelasii *B*; *ras. in marg. B*[1]. w) ex qua *D.* x) ut *C, D.* y) *in marg.:* nō quomodo papa mutare potest canones maxime propter pacem ecclesie *C.* z) potii *D.* a') sancte *D.*

1) *Migne, Patr. lat. CXXIX, 58sqq.* 2) *Cf. supra p. 754 l. 28.* 3) *Legitur in epistola Basilii, Migne, Patr. lat. CXXIX, 59:* De quibus decretum et iudicium mittere paternam sanctitatem vestram praescribentes poposcimus et nunc expetimus — —. 4) *L. l.* 5) *Cf. supra p. 521. 559 c. III.* 6) *Decr. Gelasii c. 1, Migne, Patr. lat. LXVII, 301, Hinschius, Decr. Pseudoisid. p. 650 c. 1 (J.-K. 636).*

869 (Iun. 10).

videlicet sedis apostolicae papa[a] Leo[a][1], cuius sententiam[b] quicquid ubique catholicum est velut caeleste miratur, celebrat et veneratur oraculum: **Cum saepe quaestio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum quod non doceatur fuisse collatum?** Neque enim inter Photium moechum[c] et Maximum Cynicum a synodo secunda[d] damnatum[2] vel inter ordinationes huius et illius distinctionis aliquid esse conicimus. Atque ideo pari fine constringi debere videntur, qui par habuisse cum eo principium modis omnibus comprobantur. Siquidem et, iuxta quod praefatus magniloquus[e] pontifex universis per Caesariensem[f] Mauritaniam constitutis episcopis scribit[3], **difficile est, ut bono peragantur exitu, quae malo[g] sunt inchoata[h] principio**; et infra[4]: **Non ergo in cuiusquam persona praetermittendum est,** inquit, **quod in statutis generalibus continetur, nec putandus est honor[i] ille[i] legitimus[k], qui fuerat contra divinae legis praecepta collatus.** Et certe fidelissimus et prudentissimus vir Basilius imperialis spatharius et preces[l] vestras nobis pro his in perceptis[m] ordinibus recipiendis multiplices detulit et adeo constans et continuus penes nos in precibus perstitit, ut, si nunc[n] legitime recipi[o] posse[o] quoquomodo crederentur, ipsius, ut ita dicamus, insolentia victi recipiendos esse profecto statueremus.

Verum et circa hos post reversionem missorum nostrorum postque rerum gestarum nobis expositas differentias et indagatas liquidius personarum, culparum et provectionum qualitates atque distantias, si quid miserationis impertiendum[p] docente Deo, apud quem omnia possibilia sunt, nobis fuerit reseratum, non erimus penitus inflexibiles, nimirum qui semper ad omne bonum cupimus existere suadibiles[q]. Volumus ergo per vestrae pietatis industriam illic[5] numerosum celebrari concilium, cui nostri quoque missi praesidentes[6] et culparum personarumque differentias liquido cognoscentes iuxta quod in mandatis acceperunt singulorum libere discretiones exerceant. In quo videlicet sacro[r] coetu execrandi vanitatis[s] concilii[7], quod adversus sedis huius actum est prorsus[t] iniuriam, cuncta decernimus exemplaria prorsus a possessoribus[u] suis[u] ablata in mediumque delata contemplantibus cunctis igni cremari nec superesse apud quemlibet ex his omnibus saltem unum iota vel unum apicem, nisi forte quis totius clericatus, immo totius nomine christianitatis anathemate perculsus carere voluerit. Non enim nos tam detestandum collegium nisi Ariminensi[v][8] sub Constantio[w] vel Epheseno[9] a Dioscoro congregato latrocinio comparandum decernimus[10]. Accendatur igitur circa protectorum tuorum reverentiam, beatorum videlicet apostolorum principum, fili dilectissime, tuae zelus[x] pietatis et tantorum ficta commenta praestigiorum remanere nullomodo penes aliquem patiatur, sed, et si quisquam haec defendere vel occultare sibique in[y] posterum[y] fortasse reservare temptaverit, tua publicis legibus promulget multiplex sapientia, quid huiusmodi persona post imperiale debeat edictum redargutionis incurrere vel quantum conveniat, si non correctionis, saltem correptionis incidere[z], quatenus per hoc

cf. Matth. 19, 26. — cf. Ps. 25, 4.

---

a) *in marg. al. man. annot.:* Leo *B*; *in marg.:* Leo papa altisona ecclesie tuba *C*; Leo papa *D*. b) sinām *C*. c) moetium *C*. d) secundo *C*. e) magrāloquus *D*. f) Thesariensem *D*. g) mala *D*. h) inchoato *C*. i) ille honor *C*. k) legittimus *passim D*. l) praeces *B*; pręces *B*[1]. m) p̄ceptis *D*. n) *sic codd.*; non *Edit.* o) posse recipi *D*. p) impartiendum *C*. q) *in marg. a correctore iterat. B*. r) sacrato *C, D*. s) vnitatis *D*. t) *deest D*. u) possessionibus tuis *D*. v) Ariminense, *in marg.:* Ariminense concilium sub Constantio *C*; Arminensi *D*. w) constancia *D*. x) zelo *C, D*. y) inposterum *B, B*[1]. z) *in marg. add. (a correctore ut videtur):* pulchrime *B*.

1) *Decr. Leon. I. c. 15, Migne, Patr. lat. LXVII, 288, Hinschius, Decr. Pseudoisid. p. 616 c. 1 (J.-K. 544).* 2) *Conc. Constantinop. a. 381, Migne, Patr. lat. LXVII, 172 c. 165, Hinschius, Decr. Pseudoisid. p. 276 c. 6.* 3) *Decr. Leon. I. c. 49, Migne, Patr. lat. LXVII, 298 (J.-K. 410).* 4) *L. l. 299.* 5) *Scil. Constantinopoli.* 6) *Cf. Hinschius, 'Das Kirchenrecht der Katholiken und Protestanten in Deutschland' I, 501, III, 335 sq.; Hefele, 'Conciliengeschichte' I*[2]*, 29 sqq.* 7) *Scil. Photiani a. 867, cf. Migne, Patr. lat. CXXIX, 112 sq. c. 1; supra p. 752 ann. 4.* 8) *A. 359. Cf. Hefele I*[2]*, 697 ff.* 9) *A. 449. Cf. Hefele II*[2]*, 349–386.* 10) *Cf. synod. Roman. a. 869, Migne, Patr. lat. CXXIX, 108 sq.:* — — sed ad sui damnationem vel exsecrationem Ariminensi synodo vel Ephesino latrocinio sit modis omnibus comparandum; *v. etiam ibid. 113 c. 1:* — — Ephesino latrocinio comparandum fore statuimus.

869 (Iun. 10).

pura de cetero conscientia cum psalmista veraciter canere valeas: 'Odivi congregationes malignorum et cum impiis non sedebo. Lavabo inter innocentes manus meas' et[a] cetera[a]. Ps. 25, 5. 6. Insuper exhortamur et salubri suadere[b] studio procuramus, ut imperatoriae instantiae vestrae annisu sententiarum capitula[1], quae synodice in ecclesia Dei, ubi[c] sanctum[c] corpus 5 apostolorum principis Petri requiescit, pro abolendis profanis conciliis Constantinopoli a Photio tam adversus sedis apostolicae reverentiam quam contra fratris et[d] comministri mei Ignatii pontificium congregatis communi consonantia promulgavimus, apud vos in synodo cunctorum subscriptione roborentur et in singularum arcivis[e] ecclesiarum provide[f] recondantur[f].

Porro divinitus protectum imperium tuum precamur, ut Basilium, Petrum, Zosimam[g] 10 et alterum Basilium[2], qui scelerum suorum conscii et cupiditatis ardore succensi propositum deseruerunt[h] et sine commendaticiis litteris Constantinopolim properaverunt, ad nos per praesentes apostolicae sedis missos remittat[i], quatinus, dum professionem et loca, quae propter Deum primitus elegerunt, repetierint[k], et tibi caeleste praemium conferatur et illis suarum[l] lucrum animarum divinitate propitia concedatur; alias autem, si sanctorum patrum 15 regulae calcari minime vel contemni temptantur, eos impune profecto nullus penes se retinere prorsus audebit. Apud nos quippe[m] a[n] rudimentis[n] ablati[o] et sanctae sunt conversationis habitum consecuti, quin et in monasteriis nostris officium presbiteratus adepti. Interim tamen eos, quod sint excommunicati, donec ad nos redierint, tamquam sacrorum violatores canonum cognoscere volumus.

20 His ita[p] praelibatis obsecramus divinitus redimitum tranquillitatis tuae caput in[q] coepto[q] pietatis opere circa fratrem et consacerdotem meum Ignatium persistere atque a decretis apostolicae sedis in nullo quoquomodo deviare, sed promulgationibus eius artius haerens a proposito noli recedere et, quousque unitas fiat ecclesiae, nulli stude, quaesumus, desidiae cedere. Nemini quippe profuit umquam bonum inchoasse et minime consummasse. cf. Luc. 14, 30. 25 Quamobrem ut[3] regnum, quod temporaliter assecutus es, perenniter[r] adipiscaris coronamque pro corruptibili capias incorruptam, hoc pietatis opus perficere satage perfectumque coram cf. 1. Cor. 9, 25. summo agonitheta Christo repraesentare decerta. Postremo dilectos fratres meos, Donatum scilicet sanctae ecclesiae Ostiensis[4] et Stephanum sanctae ecclesiae[s] Nepesinae[s][5] reverentissimos et sanctissimos episcopos, atque filium meum Marinum[6] apostolicae sedis diaconum, 30 consiliarios nostros, tuae commendantes pietati[t] precamur[u], ut eos ob amorem praecipuorum apostolorum, Petri scilicet et Pauli, a quorum sede mittuntur, benigne suscipias et tamquam nobismet ipsis aures credulitatis accommodes, familiaritatis videlicet tuae fiduciam illis[v] impendens et praefatos in eis eximios intercessores tuos apostolos reverenter attendens. Quos ut celeriter ad nos remittas obnixe deposcimus; cupimus enim tam de sanctae ecclesiae redinte-35 grato[w] statu quam de incolomitatis tuae concesso divinitus dono semper in domino gratulari ac per hoc hortamur et deprecamur, ut apud vos nullam eos moram sustinere faciatis, sed tuae

---

a) *om. C.* b) persuadere *D.* c) vobiscum *D.* d) *deest, lacuna 5—6 litter. D.* e) *post. superscr. corr. in* archivis *B¹; arcius C, D.* f) *corr. ex* providere condantur *B, B¹.* g) *sic B, C, D;* Zosimum *corr. B¹.* h) decuerunt *D.* i) remittant *D.* k) repetierunt *C.* l) suorum *D.* 40 m) quidem *C.* n) *bis in C.* o) *sic codd.;* ablactati *Edit.* p) itaque *D.* q) incepto *C, D.* r) perhenniter *C, D.* s) Neposine ecclesie *D.* t) pietate *D.* u) *corr. ex* prȩcamus *B¹.* v) *om. D.* w) reintegrato *C, D.*

1) *Haec (usque ad l. 8) ex praecedente ep. n. 39 p. 753 l. 19 sqq. iterantur.* 2) *Basilius quidam et Zosimus profugi in epistola Photii lib. I, 13 n. 37 memorantur, Migne, Patr. graec. CII, 737. Cf.* 45 *Hergenröther II, 45 ann. 75.* 3) *Cf. Gelas. ep. ad Anastasium imperat., Hinschius, Decr. Pseudoisid. p. 640, Thiel, Epist. Roman. pontif. genuin. I, 352 (J.-K. 632).* 4) *Donatus et Marinus iam a. 866 a Nicolao I. legati Constantinopolim missi erant (cf. supra p. 510 cum ann. 7—9), sed infecta re Romam redierant (v. supra p. 488 ann. 3). Cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 180.* 5) *'Nepi' (868—896).* 6) *Postea papam (882—884); cf. supra ann. 4. V. etiam Jaffé Reg. II², 703 et supra ep. n. 10 p. 711* 50 *l. 2 sq.:* — — dilectissimi filii mei — — Anastasii.

869 (Iun. 10).

benignitatis solacio freti velociter de omnibus, quae illic secundum Deum geruntur, nos adventu suo constituant laetiores.

Commendamus etiam clementiae tuae tam reverentissimum et sanctissimum fratrem nostrum Iohannem[1] metropolitanum Sylei[a], qui a fratre et coepiscopo nostro Ignatio ad apostolicam sedem directus est, quam etiam gloriosum et spectabilem virum Basilium imperialem spatharium, qui cum eo a Deo conservando tranquillitatis tuae imperio destinatus est; qui tanta, postquam illinc[b] profecti sunt, offendicula, ut didicimus, pertulerunt[2], ut nullum[c] properantes pene periculorum, quae Paulus in epistolis suis dinumerat[d], evasisse videantur[e]. Quapropter dignis[f] sunt vicissitudinibus a tua[g] pietate[g] remunerandi, qui pro ecclesia Christi proque iniunctae sibi a maiestate[h] tua legationis consummatione tot ac talia subire promptissime consenserunt. Alterum vero nominatum[i] in scriptis tuis metropolitam[3] Domino dispensante non vidimus; quia enim, sicut iste a reverendo Ignatio[k] patriarcha, ita seorsum ille a Photio tyranno mittebatur, volens Deus ostendere non in duo ecclesiam suam fore scindendam — quod videlicet malum Hieroboam quondam in Israel rex impius egit —, volens etiam nos[l] auctoris[l] huiusmodi scissionis nec ipsam quoque visionem percipere, antequam ad nos perveniret[m], iusto iudicio suo pelago[n] cooperuit eum, et, quia populum Dei diviserat[o], divisa est super eum aqua devenitque in profundum tamquam lapis[4].

(cf. 2. Cor. 11, 23—27. — cf. 3. Reg. 12, 13. — cf. Ion. 2, 6. — cf. Exod. 15, 5.)

